



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

SUAREZ CIPRIANO, *De arte rhetorica libri tres. Ex Aristotele, Cicerone, et Quinctiliano praecipue deprompti. Quibus accessere Ludovici Carbonis Tabulae; seu totius artis rhetoricae absolutissimum compendium, cum gemino indice*, Trento, Giovanni Parone, [tra il 1681 e il 1728].

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, TT I k 104

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/287>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



T.T. 2.1.9



ICA
ALE

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

TT

k

122

TRENTO



K 261794

D 261754

5tcg

TT I k 104

CYPRIANI

SOARII, SOCIETATIS JESU,
DE ARTE RHETORICA
LIBRI TRES.

EX ARISTOTELE, CICERONE,
ET QUINCTILIANO
præcipuè deprompti.

QUIBUS ACCESSERE
LUDOVICI CARBONIS

TABULÆ; SEU TOTIUS ARTIS
RHETORICÆ ABSOLUTISSIMUM
COMPENDIUM, CUM GEMINO

Indice.

px Libri



Antonius Silvius



DILINGÆ, & TRIDENTI,
Ex Typographia Episcopali Joannis Paronij,
SUPERIORUM PERMISSU,
& Privilegio.

CYPRUS

OF THE RHECTORIA

OF THE RHECTORIA

OF THE RHECTORIA

OF THE RHECTORIA

OF THE RHECTORIA

OF THE RHECTORIA

OF THE RHECTORIA



ver
mo
Ut
libe
Plat
nib
qu
net
uta
rit
Den
pro
gin
den
cer
cus
nis
ex A

CYPRIANUS SOARIUS³

CHRISTIANO LECTORI

S.



LONGE profectò melius, atq; prudentius studiis suis consulunt, qui optimos auctores in omni disciplinarum genere legendos sibi atq; imitandos proponunt, quam qui his neglectis, delectu omni ac discrimine remoto, quosvis cupidissime sequuntur. Quòd si quis

vetera paulò altius repetere voluerit, quocunq; se animo & cogitatione convertet, hoc ita esse comperiet. Ut enim alios omittam, qui in bonarum artium studiis liberalissimis sunt doctrinisque versati, satis constat, Platonem ingenio, doctrinà & copià dicendi longè omnibus superioribus præstitisse. Ergo ex ejus disciplina quot viri, quantà scientià, quantaque in suis studiis varietate & copià, quam admirabiles extiterunt? Atque ut alios fileam, quorum scripta temporum injurià perierunt, illi, & Aristotelem summum Philosophum, & Demosthenem omnium oratorum facile principem, procul dubio debemus. Siquidem Aristoteles totos viginti annos Platonem audivit? Demosthenes verò eundem non solum audivit, sed etiam lectitavit. Quid Ciceronem ad tantum in Philosophia, & eloquentia decus exivit? annon Platonis, Aristotelis, & Demosthenis imitatio? Finis non sit, si velim eos numerare, qui ex Aristotelis disciplina, in omni doctrina & ingenii

4
laude præstantes prodierunt. Tanti refert, quem imi-
teris, quem legas, quem admireris. Hoc intelligentes
nostræ Societatis nominis JESU Præceptores, ex eo tē-
pore, quo juventutem virtute & literis informant, eos
auctores discipulis exponunt, qui præter cæteros in
suo genere floruerunt. Qua de causa molestius etiam
ferebant, nullum esse librum veterum scriptorum, qui
adolescentibus discendi cupidis, primum aditum ad
eloquentiam aperiret. Non quòd doctrina dicendi pa-
rùm Latinis literis sit illustrata (nam & Quintil. de ea
diligentissimè simul & doctissimè scripsit; & in libris
Cicer. tantum est curæ, tantum suavitatis, elegantiae
& doctrinae, ut ne apud Græcos quidem, aut pluribus
aut melioribus præceptis, orationis facultas sit exor-
nata) sed quòd ad primam tyronum institutionem eo-
rum scripta minus sint accommodata. Quod enim di-
scipulis ad hæc studia ingredientibus explicarēt? Quin-
til. libros? sunt illi equidem, ut dixi, summâ diligentia,
singulari judicio, summâ eruditione conscripti? at ita
longi, sic nonnunquam obscuro, ut majus otium &
acrius judicium desiderent. Partitiones oratorias? at
ita sunt breves, & concisæ, ut multas & magnificas
eloquentiæ opes constructas & reconditas, nimis an-
gustè coarctèt. Libros de oratore ad Q. Frat. at in dia-
logo sunt scripti. Præcipuas autem in illis partes ha-
bent L. Crassus, & M. Anton. homines ut dignitate, sic
eloquentiâ in Rom. Repub. maximi, qui minora illa,
sed discantibus in primis necessaria, celeriter transi-
gunt; quæ verò sunt à vulgari intelligentia magis re-
mota, ea non facile dixerim, ornatiusne an copiosius
prosequatur. Huc accedit, quòd dum Crassus perfe-
ctum,

Etum, Antonius communem informat oratorē, magis
altercationibus, qui Dialecticorum est mos, in contra-
rias partes differitur: quod mediocriter quidem erudi-
tis, qui iudicii jam aliquid habent, non solum magnam
& ingenuam delectationem, sed mirabilis etiam utili-
tatis fructum affert: tyronibus non item, qui disputa-
tionis vim, atque incitationem aspiciunt, vestigia, in-
gressumque vix intuetur. Duos de Invent. libros pue-
ro sibi inchoatas & rudes Cicero excidisse affirmat,
propterea quod nec orationis expoliendæ & confir-
mandæ rationē docent, nec inveniendi fontes ab Ari-
stot. demonstratos aperiunt. Itaque multa in eis præ-
cepta sunt, quæ editis postea libris idem Cicero impro-
bavit. Libri verò ad Herennium, a quocunque illi sint
scripti, similem inveniendi viam demonstrant, & quæ-
dam de statu, multa de verborum, & sententiarum con-
tinent ornamentis, diversa ab his, quæ Cicero & Quin-
ctil. eisdem de rebus tradiderunt. Topicorum liber tã-
tummodò declarat viam ab Arist. inventam, ad repe-
riendum in omni ratione argumētum: & quoniam ad
Treatium juriscōsultum scriptus est, exempla habet,
ex intima juris scientia desumpta, quæ usque eò sunt
difficilia, ut suâ obscuritate, multos ab ejus libri le-
ctione rejiciat. In oratore verò ad Brutum, quæ sit op-
tima species, & quasi figura dicendi, Cic. disertissimè
exponit. Sed cum ad Brutum scriberet, vulgaria præ-
cepta per multa, quæ discendi studiosis vehementer cõ-
ducunt, breviter percurrit, vel pænè præterit, quæ ve-
rò de orationis numero mirabiliter præcipit, ut ad eũ-
tibus ad eloquentiam utilia sint, ordinem alium, &
exemplorum lumen desiderant. His de causis cupiebãt

nostri præceptores, ut omnes eloquentiæ partes explicatæ definitionibus, exemplis illustratæ, ex Aristotelis sententia, Ciceronis verò & Quintiliani non sententiâ solum, sed plerumq; etiam verò aliquo libro, viâ & ordine comprehenderentur. Futurum enim existabant, si id fieret, ut discipuli simul cu vulgaribus Rhetoricæ præceptis, illa magis recondita de argumentorum locis, de amplificatione, de orationis forma & numero perciperent. Quam ego provinciam cum eorum voluntate suscepissem, quibus libetè vitæ meæ rationes commisi, his tribus libris, dicendi præcepta, quantum exiguæ ingenii mei vires efficere & consequi poterunt, complexus sum, ut iuarem adolescentes ad legendos Aristot. Cicer. & Quintil. doctissimos libros, quibus eloquentiæ fontes continentur. Neque verò ignoro, multa horum, quæ a veteribus sunt tradita, ab his, a quibus defendi æquius erat, editis etiam libris oppugnari. Sed cum a multis, qui singulari doctrinâ sunt præditi, eadem defensa sint, mihi consilium fuit, de his, quæ tot doctissimorum sæculorum approbavit consensus, nihil sine ratione mutare: imò verò te, Christiane Lector, vehementer oro, atque obsecro, ut hanc libidinem temerè contradicendi veteribus scriptoribus, de animo tuo penitus evellas, ne ad ejus perniciem longius deinde serpat. Nam simul atque cupiditas hæc ad ingenium tanquam fax ad materiam adhæsit, incredibile dictu est, quæ continuò excitet incendia. Illud etiam tibi persuadeas velim, nos nihil magis cupere, quam ut virtute, & literis maximè sis ornatus, ut Christo JESU, qui est parens & salus vitæ nostræ, gratus sis, & jucundus.

7

IN LIBROS

DE ARTE RHETORICA

AUTHORIS PROŒMIUM.



RATIONIS & orationis tanta est simili-
tudo, ut Græci, qui non intelligendi so-
lum, sed loquendi etiam principatum
tenuerunt, uno utramque vocabulo, La-
tini Græcorum prudentiæ amuli, eodem
penè nominârint. Est enim oratio quasi
rationis imago quædam: Rationem in
mente, cui regnum totius animi tribu-
tum est, Deus Opt. Max. posuit: oratio-

nis sedem idem summus Opifex in celsissima ac nobilissima cor-
poris parte collocavit: ratio est, sicuti lux quædam lumenque
vita: oratio est rationis decus & ornamentum: ratio regit, ac
moderatur proprium animum: oratio fleçit etiam alienos: ra-
tionis est species admirabilis: eam tamen intus latentem ora-
tionis pulchritudo declarat. Ita quod lumen est Soli principi ac
moderatori luminum reliquorum, id est oratio rationi: domina
ac reginæ rerum omnium. Hinc nimirum fit, ut summi illius
Reçtoris mundi bujus bonitatem, sapientiam, vim & potesta-
tem suspiciendam, admirandamque hominum generi, ut ratio-
nis, sic orationis vis & natura cogat confiteri. Quid enim ad-
mirabilius esse potest, quàm cogitationes tam multas, tam excel-
lentes, tam varias atque multiplices orationi commendari &
Orationem verò exceptam aère quasi vehiculo, incredibili ce-
lerritate, brevissimo temporis spatio, ad quam plurimos perveni-
re, ac postremo per tenuissimos aurium meatus singulari opere,
artificioque perfectos, in alienos animos introire, atque in eis
tam perfecte, tam insigniter imprimere speciem suam, ut mæ-
rentes conjoletur, torpentes excitet, afflictos erigat, inani letitiâ
diatos cobibeat, & in quem vis denique motum auditorem com-

pellat? Quod si orationis tanta praeslantia est, non potest non maxima esse dignitas Rhetorica, quae ornanda orationis doctrina continetur. Eadem enim hominis ratio, quae ceteras artes invenit, dicendi quoque artificium illustravit. Nam primo terram per vagata, non modo eius formam, situm, fecunditatem, sed eorum etiam, quae in eo gignuntur, varietatem, usum, naturamque cognovit. Tum mare ingressa profundum & immensum, quot genera, quamque disparia degentium in eo belluarum, investigavit. Ex insiderum ornatum & pulchritudinem admirans, cognito jam aere, & bis quae ex eo generantur, in caelum usque penetravit. In quibus rebus tam multis, tam variis, tam disiunctis, tam abditis atque obscuris investigandis, si tanta fuit rationis sagacitas & solertia, in expolienda oratione, quae eius comes & interpres est, non minor profecto fuit cura. Hic est eloquentiae ortus, haec nobilitas, haec cum ratione conjunctio. Qua de causa vehementer vigilandum est iis, qui sapientiae flagrant studio, enitendumque omni cura ac diligentia, ut Rhetoricae Dialecticaeque praeceptis optime cognitis ad reliquarum artium fastigium contendant. Quam viam jucundam, facilem, brevem & quasi compendiarium, non modo non asperam atque arduam, aut longam esse comperient. Quod ut facilius consequantur, hi tres libri artificium dicendi a veteribus traditum breviter explicabunt. Et in primo quidem libro, qui de inventionem est, sedecim argumentorum loci sunt explicati, simul cum his, quae ad promovendos animos ex iisdem locis eruantur, praecepta etiam quaedam sunt exposita, ad exornationem & de liberationem accommodata. In secundo vero, qui dispositionis praecepta continet: De orationis partibus, de statu, iudicatione, & ea contra versa, quae ex interpretatione scripti existit: praeterea rationatione, enthymemate, & inductione, & exemplo agitur: & quoniam frequens mentio facta est ab antiquis auctoribus, Epicurematibus, Soritis & Dilemmatis, eorum vis explanatur. Tertius denique liber docet orationis ornatum, qui est in verbis, vel simplicibus, vel conjunctis: itaque de verbis novis, de inusitatis, de tropis, de luminibus verborum & sententiarum, de origine, causa, natura, & usui orationis aptae ac numerosae: tum ad extremum

PROOEMIUM.

9

num de Memoria, & Pronuntiatione in eo differitur. Sed quò major utilitas ex eloquentia percipi possit Christianis præceptis diligenter ea purganda est. Ut enim bonus agricola vitem, quæ silvescit, & in omnes partes nimia suaditur, ferro coercet, tum fructu latiore, tum aspectu pulchriorem reddit: sic eloquentia, si amputetur errorum inanitas, in quos delapsa est vitio hominū divinas leges ignorantium suam admirabilem speciem recuperabit, Excidatur igitur mentiendi licentia, quam severe divinis præceptis interdictam Oratori Quinctilian. & antiqui Rhetores concedūt: amputetur procacitas, & vitium illud teterrimū lacerando alios probris, contumeliis, maledictis: cui utinā ne Demosthenes & Cicero tantopere indulgissent: refecetur arrogantia, & inanis laudis appetitus, qui acie animi perstringit: intelligatur iniquum esse, tenebras auditoribus offundere, ne verum perspiciant, & suffragium atque sententiam dicendo corrumpere, quod à Grecis & Romanis oratoribus est facilitatum. His tot tantisque deletis maculis, continuo existet illa divina & celestis Christianæ eloquentiæ pulchritudo, quæ tanto erit præclara magis & eximia, quanto diligentius ad omnium hominum utilitatem conferetur, & ad laudes celebrandas Dei Optimi Maximi, qui sermonem homini dedit ad societatem, & conjunctionē cum hominibus tuendā. Hæc est illa Christiana eloquentia, quia Gregorius & Basilius nobilissimum par amicitia, doctrinæ sanctitatis, plurimum præstiterūt, & Juliani amentissimi & profligatissimi hostis religionis impetus omnes fregerunt, hæc excelluit Athanasius vir sanctissimus, quem nec sævissima periculorum tempestas, nec humanorum commodorum aura potuit unquam de suo cursu dimovere, quin Arian impium & sceleratum comprimeret furorem: hæc floruerunt Chrysostomi, Ambrosii, Augustini, Hieronymi, Cypriani, qui Christianæ Reip. fuerunt lumen longè clarissimum, ut alios quam plurimos omittam, quorum copia digna est Christiani nominis gloria. Hos tales ac tantos viros qui volet imitari, colat Christianam eloquentiam, quæ ex divinarum rerum cura & contemplatione, ex Christi JESU amore, ex maximarum denique artium studiis efflorescit.

DE ARTE RHETORICA

LIBER I.

Quid sit Rhetorica, quod ejus officium
& finis.

CAPUT I.

Quint. l. 2.
cap. 5.
1. de orat.
Arist. 1.
Cicer.
2. de orat.



RHETORICA est vel ars, vel doctrina bene dicendi, Ars est, quæ cognitis penitusque perspectis, & in unum exitum spectantibus & nunquam fallentibus rebus continetur. Esse autem eloquentia artem, per-

spicuum est. Etenim cum plerique temerè, ac nullâ ratione causas in foro dicant: nonnulli autem propter consuetudinem aliquam callidiùs id faciant: non est dubium, quin si quis animadvertit, quid sit, quare alii melius, quàm alii dicant, id possit notare. Ergo id, quid in toto genere fecerit, is si non planè artem, at quasi artem quandam invenerit. Benedicere est, optimis sententiis verbisque lectissimis dicere. Rhetorica officium est dicere appositè ad persuasionem: finis, persuadere dictione.

Quintil.
lib. 2. c. 17.
In orat.
De Invect. 1.

De utilitate, dignitatèque Eloquentiæ.

CAP. II.

Dignitas eloquentiæ, vel ex eo intelligi potest quòd in omni libero populo, maximèque in pacatis tranquillisque civitatibus præcipuè sæper

per floruit, sempérq; dominata est. Quid enim aut tam jucundum cognitu atque auditu, quàm sapientissimis sententiis, gravissimisque verbis ornata oratio, & perpolita? aut tam potens tamq; magnificum, quàm hominum animos unius oratione converti? Quid admirabilius, quàm res splendore illustrata verborum? Oratoris est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia: eisdem & languentis populi incitatio, effœnati moderatio: eadem facultate fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur. Quis cohortari ad virtutem ardentius? quis à vitiis acrius revocare? quis vituperare improbos asperius? quis laudare bonos ornatius? cupiditatem vehementius frangere accusando potest? quis mœrorem levare mitius consolando?

4. de orat.

Ac ne plura, quæ sunt pænè innumerabilia, confectè, comprehendam brevi: sic enim statuo, perfecti oratoris moderatione & sapientiâ non solum ipsius dignitatem, sed & privatorum plurimorum, & universæ Reipubl. salutem maximè contineri. Quò major igitur est eloquentiæ vis, hoc est magis cum probitate jungenda, summâq; prudentia: quarum virtutum expertibus si dicendi copiam tradiderimus, non eos quidem oratores effecerimus, sed furentibus quædam arma dederimus.

1. de orat.

3. de orat.

De materia Rhetoricæ.

C A P. III.

Artis *materia* est, in qua omnis ars & ea facultas, quæ conficitur ex arte, versatur: ut si medicinæ materiam dicamus, morbos ac

De invēt. 1.

vulnera, quòd in his omnis medicina versetur. Item quibus in rebus versatur ars & facultas oratoria, eas res materiam artis Rhetoricæ nominamus.

Sed hoc interest inter alias artes, exceptâ Dialecticâ, & eloquentiâ, quòd cæteræ artes seipsæ per se tuentur singulæ: benedicere autem, quod est scienter, & peritè & ornatè dicere, non habet definitam aliquam regionem, cujus terminis septa teneatur. Omnia quæcunque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt eradicenda, qui hoc se posse profiteretur; aut eloquentiæ nomen relinquendum est: *materia enim oratori ad dicendum subjecta, questio est.*

2. de orat.
Quintil.
lib. 2. c. 21.

De Quæstione. *

C A P. IV.

In part.
In Top.
2. de orat.

QUÆSTIONUM duo sunt genera: alterum infinitum, quod Græci *ἡσῖν*, Cicero *propositum* vocat: alterum certum & definitum, quod *ἡσῖν* illi: Latini vel *causam*, vel *controversiam* solent appellare. Propositum est, in quo aliquid generatim quæritur hoc modo. Expetendâne eloquentia? Causa est, quæ certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, hoc modo. An Socrates iure fuerit ab Atheniensibus damnatus.

In partitionibus.

Propositi duo sunt genera: *cognitio* alterum, cujus scientia est finis, ut, an Solis magnitudine multis partibus terra superetur: alterum *actionis*, quod refertur ad efficiendum quid, ut, si quærat, quibus officiis amicitia

cit
fio
rum
dell
laur
bot

IN
I pe
ritur
cipu
pera
De
suâ
quem
est ut
ranti
In
fione
fione
netur

M
conf
enim
refere

citia colenda sit. Hæc cum in propositis quæ-
stionibus genera sint, eadem in causas transfe-
runtur. *Sed causarum tria sunt genera, iudicii,
deliberationis, & exornationis, quæ quia in
laudationes maximè confertur, proprium ha-
bet ex eo nomen laudationis.*

De Exornatione, Deliberatione, & Iudicio.

C A P. V.

IN *Exornatione* duæ sunt partes, laus & vitu-
peratio. Tempus tum præsens, tum præte-
ritum. Spectat autem orator honestatem præ-
cipuè, cum laudat: turpitudinem cum vitu-
perat, movetque auditores ad delectationem.

Deliberatio continet in se suasionem & dis-
suasionem, tempus verò futurum. Finis,
quem sibi proponit orator in consilio dando,
est utilitas, & spes, aut reformidatio delibe-
rantis.

Iudicium habet in se accusationem, & defen-
sionem, ejus finis justorum & injustorum quæ-
stione, sævitia aut clementia iudicis conti-
netur.

*Quomodo hypotesis ad thesin
revocanda.*

C A P. VI.

MANEAT ergo, & infinitas & finitas quæ-
stiones ad oratorem pertinere. Sed est
consultatio quasi pars causæ quædam. Inest
enim infinitum in definito, & ad illud tamen
referuntur omnia. Quare illa pars orationis, quæ

In part.
In Top.
Quintil.
lib. 5. c. 3.

Cicer.
3. de orat.

est de genere universo, totas causas sæpe continet. Quidquid est enim illud, in quo quasi certamen est controversiæ, quod Græcè *ἡ πρόβλησις* dicitur, id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam quæstionem, atque de universo genere dicatur, nisi cum de vero ambigetur, quod quæri conjectura solet. Exempli causâ: finita est, An Aristotelis Philosophia sit perdiscenda: ejus quasi pars quædam est illa infinita: An Philosophia sit perdiscenda, ad quam orator finitam transfert.

Sunt enim ornatissimæ orationes eæ, quæ latissimæ vagantur, & à privata ac singulari controversia se ad universi generis vim explicandam conferunt, & convertunt, ut ii, qui audiunt, naturâ & genere & universâ re cognitâ, de singulis rebus statuere possint. Itaque orator excellens à propriis personis, & temporibus, semper, si potest, advocat controversiam. Latius enim de genere, quàm de parte disceptare licet: ut quod in universo sit probatum, id in parte sit probari necesse.

De partibus Rhetorica.

C A P. VII.

De orat. 1.
& 2. de invent. 1.
Auctor ad Heren. l. 1.

Q UINQUE sunt partes & quasi membra eloquentiæ: *Inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio.* Oportet enim invenire, quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, post memoriæ mandare, tum ad extremum agere. *Inventio* est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quæ quæstionem probabilem reddant. *Dispositio* est rerum inventarum in ordinem distributio.

Elo-

Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inventionem accommodatio. *Memoria* est firma animi rerum ac verborum ad intentionem perceptio. *Pronuntiatio* est ex rerum & verborum dignitate corporis & vocis moderatio. Nec audiendi quidam, qui *iudicium* sextam esse partem voluerunt: aded enim tribus primis partibus est permistum (nam nec inventio sine eo, nec dispositio nec elocutio fuerit) ut pronuntiationem quoque vel plurimum ex eo mutuari putem, nec invenisse credendus est, qui non iudicavit, quod similiter in aliis partibus, quibus iudicium permistum est, existimare debemus.

Hinc apparet, eloquentiam rem unam esse omnium difficillimam; quibus enim ex quinque rebus constare dicitur, earum unaquæque est ars ipsa magna per sese. Quare quinque artium concursu maximarum, quantam vim, quam tamque difficultatem habeat, existimari potest. Sunt igitur quinque Rhetoricæ partes omnino. At *invenire*, *disponere*: *eloqui*, *memoria complecti*, & *pronuntiare*, opera sunt oratoris.

Quintil.
lib. 3. c. 3.

De claris
oratoribus.

Quibus rebus eloquentia comparetur:
ac primum de natura.

CAP. VIII.

Eloquentia, quæ quinq; supradictis constat partibus, *naturâ*, *arte*, *exercitatione*, & *imitatione* comparatur: imitationem enim quamvis Quintilianus arti, Cicero exercitationi subijciat; rectius tamen alii ab utraque segregarunt. Ergo de singulis, quoniam maximi sunt momenti & ponderis, aliquid dicendum est.

Auctor ad
Heren. l. 1.
Quintil.
lib. 3. c. 5.
Cic. 1. & 2.
de orat.
Quinct. c.
3.

Natura igitur primum atque ingenium ad dicendum vim affert maximam : neque verò quibusdam scriptoribus artis , ratio dicendi & via , sed natura defuit. Nam & animi atque ingenij celeres quidam motus esse debent , qui ad excogitandum acuti & ad explicandum, ornandumque sint uberes , & ad memoriam firmi atque diuturni. Et si quis est , qui hæc putet arte accipi posse , quod falsum est (præclare enim se res habeat , si hæc accendi , aut commoveri arte possint , inferi quidem , & donari ab arte non possunt omnia , sunt enim illa dona naturæ) quid de illis dicet , quæ certa cum ipso homine nascuntur , linguæ solutio , vocis sonus , latera , vires , conformatio quædam & figura totius oris & corporis ?

Neque hæc ita dico , ut ars aliquid limare non possit [neque enim ignoro , & quæ bona sunt , fieri meliora posse doctrinâ , & quæ non optima , aliquo modo acui tamen , & corrigi posse] sed sunt quidam , aut linguâ hæsitantes , aut ita voce absoni , aut ita vultu motuque corporis vasti atque agrestes , ut etiam si ingenuis atque arte valeant , tamen in oratorum numerum venire non possint : sunt autem quidam ita naturæ muneribus iisdem rebus habiles , ita ornati ; ut non nati , sed ab aliquo Deo ficti esse videantur. Magnum quiddam est onus , atque munus , suscipere atque profiteri , se esse omnibus silentibus , unum maximi de rebus , magno in conventu hominum audiendum. Adest enim verò nemo , quin acutiùs , atque acriùs vitia in dicendo , quàm recta videat. Ita quicquid est , in quo offenditur , id etiam illa , quæ laudanda sunt , obruit.

Neque

amplificatur ex his eloquentie difficultas.

hor
no
rean
cune
criti

A
mar
hanc
non
sint a
que
que
is , se
mon
rium
dum
Hab
aliqui
ut , p
or
fimo
indie
cetero
erim
posset
quæ d
majora
quam

Neque hæc in eam sententiam disputo, ut homines adolescentes, si quid naturale forte non habeant, omnino à dicendi studio deteream: multis enim honori fuit illa ipsa, quamcunque assequi potuerunt, in dicendo mediocritas.

De Arte.

C A P. IX.

In orat. de
orat. 1.

AD naturam optimam ars adjungi debet, quæ à natura profecta est: *notatio enim natura atque animadversio peperit artem.* Ego enim hanc vim intelligo esse in præceptis omnibus; non ut ea secuti oratores eloquentiæ laudem sint adepti, sed quæ sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam observasse, atque * delegisse, sic esse non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum: quod tamen * non rejicio; est enim si minus necessarium ad benedicendum, tamen ad cognoscendum non illiberale.

Habet igitur ars hanc vim, non ut totum aliquid, cujus in ingeniis nostris pars nulla sit, pariat & procreet, verum *ut ea, quæ sunt orationem in nobis & procreata, educet atque confirmet.* Observatio autem earum rerum, quæ in dicendo valent, ipsa per se si eloquentes facere posset, quis non esset eloquens? Quis hæc enim non vel facile, vel certè aliquo modo posset ediscere? Itaque intelligendum est, alia quædam ad consequendam eloquentiam esse majora, sed ars non est ea quidem negligenda: quam ego si nihil dicam, adjuvare mentiar. Habet

* al. id elegisse.

* al. ejicio.

2. de orat.

1. & 2. de orat.

bet enim quædam quasi ad commonendum oratorem, quò quidque referat; & quò intuens, ab eo, quodcunque sibi proposuerit, minus aberret. In præceptis enim hanc vim, & hanc utilitatem esse arbitror, non ut ad reperendum quid dicamus, arte ducamur, sed ut ea, quæ naturâ, studio, quæ exercitatione consequimur, aut recta esse confidamus, aut prava intelligamus, cum, quò referenda sint, didicerimus.

De claris
orat.

Qua de causa studiosè Rhetorica colenda est, ut quæ viam & rationem dicendi doceat. Et si namque magnis ingeniis præditi quidam dicendi copiam sine ratione consequantur: ars tamen est dux certior, quàm natura: quoniam sine doctrina etiam si quid benedicatur, tamen id quia fortuito sit, semper paratum esse non potest. Aptissimè profectò quod M. Tullius de excellenti virtute scripsit, idem ad præstantem eloquentiam transferri potest: ut multos homines excellenti ingenio & eloquentiâ fuisse, & sine doctrina; naturæ ipsius habitu, per se ipsos copiosos & ornatos extitisse fateamur: adjungamus etiam, sæpius adorationis laudem, naturam sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam: sed cum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit ratio quædam confirmatioque doctrinæ, tum illud nescio, quid præclarum ac singulare solere existere, contendamus.

Pro Arch.



De Exercitatione.

C A P. X.

IN præstanti natura, quam ars expolivit, exercitatio *absolutionem perfectionemque dicendi consummat.* Quocirca interest permagni, studium & ardorem quandam amoris assumere, sine quo cum nihil quidquam egregium, tum certe eloquentiam nemo unquam assequetur. Ex hoc ardore nascitur exercitationis diligentia, ut causâ aliquâ positâ consimili causarum earum, quæ ad oratorem deferuntur, dicamus, quàm maximè ad veritatem accommodatè.

2. de orat.

Sed plerique in hoc vocem modò, neque eam scienter, & vires exercent suas, & linguæ celeritatem incitant, verborumque frequentiam delectantur: in quo fallit eos, quod audierunt: dicendo homines, ut dicant, efficere solere: verè enim etiam illud dicitur, perversè dicere, homines perversè dicendo facillimè consequi. Quamobrem in istis ipsis exercitationibus etsi utile est etiam subito sæpè dicere, tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere.

Caput autem est (quod ut verè dicam, minimè facimus: est enim magni laboris quem plerique fugimus) quàm plurimum scribere. Stylus optimus est & præstantissimus dicendi effector ac magister: neque injuria. Nam si subitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facile vincit: hanc ipsam profectò assidua & diligens scriptura superabit. Jam vocis & spiri-

spiritus, & totius corporis & ipsius linguæ motus, & exercitationes non tam artis indigent, quàm laboris.

Exercenda est & memoria ediscendis ad verbum quàm plurimis & nostris scriptis & alienis, atque in ea exercitatione non sanè mihi displicet adhibere, si consueveris, etiam istam locorum simulacrorumque rationem, quæ in arte traditur.

De Imitatione.

C A P. XI.

2. de orat.

ET si ad illud genus orationum præstantium magnificum atque præclarum natura ipsa aliquem ducat, tamen ea non satis proficere potest, nisi eodem studio atque imitatione intendat, atque ita dicere consuecat, ut tota mente illos atque omni animo intueatur.

Ergo hoc sit primum in præceptis meis, ut demonstramus, *quem imitemur*, atque ita, ut, *qua maximè excellent* in eo, quem imitabimur, ea diligentissimè persequamur. Nihil enim aliud causæ est, cur ætates extulerint singulæ singula propè genera dicendi: nisi quod semper fuit aliquis, cujus se similes plerique esse vellent. Hanc igitur similitudinem, qui imitatione assequi volet, tum exercitationibus crebris, atque magnis, tum scribendo maximè persequatur. Intuendi sunt etiam non solum oratores, sed etiam actores, ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem pravitatemque veniamus.

Quo-

Quoniam de Rhetoricæ definitione, dignitate, sine, officio, & materia dictum est: quæque sint ejus partes, explicavimus, & naturam, artem, exercitationem, imitationem, ad eloquentiam consequendam necessarias ostendimus, sequitur, ut de singulis ejus partibus disseramus.

De Inventione.

C A P. XII.

Q UONIAM igitur primum orationis munus est invenire, dabit operam, ut inveniat, *quemadmodum fidem faciat* eis, quibus velit persuadere, & *quemadmodum motum eorum animis afferat*. Fidem facit orator argumentis: movet, incitando ad voluptatem, aut ad molestiam, aut ad metum, aut ad cupiditatem. Tot enim sunt motus genera, partes plures generum singulorum.

In partit.

Cic. Tusc.

4.

Cum enim omnis animæ commotio ex opinione boni alicujus aut mali nascatur, lætitia & cupiditas ex opinione boni nascuntur; ægritudo & metus in malorum opinione versantur. Est igitur *ægritudo* sive *molestia*, opinio recens præsentis mali, in quo demitti contrahique animo rectum esse videtur. *Voluptas*, opinio recens boni præsentis, in quo efferi rectum esse videatur. *Metus*, opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur. *Cupiditas*, opinio venturi boni, quod sit ex usu jam præsens esse, atque adesse. Opinio autem, quæ in omnes superiores definitiones includitur, est *imbecilla assensus*. In *proposito* fidem solum facit orator; in *causa* verò fidem & motum, de quo mox dicemus.

Quid

Quid inventio, quid argumentum & argumentatio.

C A P. XIII.

In part.
In Top.

INVENTIO est cogitatio argumenti, *Argumentum* est probabile inventum ad faciendam fidem, vel *aliter*: est ratio rei dubiæ faciens fidem: *Fides* verò est firma opinio: ut si velis fidem facere, eloquentiam esse expetendam, excogitèsque illud argumentum: nimirum esse artem benedicendi, possis hoc modo argumentationem concludere *Ars benedicendi* est expetenda: ea est eloquentia: est igitur eloquentia expetenda. Est autem argumentatio *argumenti explicatio*, qua Dialectici pressius & religiosius, oratores ornatius & liberius utuntur *Locus* autem est *sedes argumenti*. Aristoteles enim proposuit quædam locas, ex quibus omnis argumentatio ad omnem disputationem inveniretur: qui nihil aliud esse videntur, quàm notæ quædam, quibus admonemur, quid in ipsis pervestigare debeamus.

In Top. 2.
de orat.

Quotuplicia sint argumenta.

C A P. XIV.

In Top. in
part.

ARGUMENTA partim in eo ipso, de quo agitur, hærent, quocirca *instita* dicuntur: partim extrinsecus affluuntur, quæ *remota* vocantur: quoniam absunt, longèque ab eo, de quo agitur, disjuncta sunt: ut si dicas eloquentiam esse expetendam, quòd bene dicendi sit

ars,

ars, *ratio est insita* in eo, de quo agitur: eloquentia enim est ars benedicendi: *si* expetendam dicas, quod Aristoteli, vel Ciceroni, vel Platoni ita visum sit, *ratio erit remota*: auctoritas enim illorum virorum non est in ipsa eloquentia, quæ suapte natura esset repetenda, sine illorum commendatione.

De numero locorum.

C A P. XV.

LOCI, unde argumenta insita eruuntur, numero sunt *sedecim*: alia enim ducuntur à definitione, alia à partium enumeratione, alia è notatione, alia conjugata appellantur, alia ex genere, alia ex forma, alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex contrario, alia ex adjunctis, alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus, alia ex repugnantibus, alia ex causis, alia ex effectis, alia ex comparatione majorum, aut parium, aut minorum. Argumenta extrinsecus assumpta, Quintilianus sunt *sex*, præjudicia, fama, tormenta, tabulæ, jusjurandum, testes.

In Top.
In part.

Quintil.
lib. 1. cap.
3.

De Definitione.

C A P. XVI.

DEFINITIO est oratio, qua id, quod definit, explicat, quid sit: ut Virtus est recta animi affectio: Rhetorica est doctrina dicendi. Definitionum multa sunt & genera, & præcepta, sed ad hujus libri institutum ea nihil pertinent: tantum est dicendum, qui sit definitionis modus.

In Top.

modus. Sic igitur veteres præcipiunt. Cùm sum-
pseris ea, quæ sunt ei rei, quam definire velis,
cum aliis communia, eò usque persequi, dum
proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem
transferri possit: ut hoc, Rhetorica est ars,
commune adhuc, multa enim genera sunt ar-
tium, ut Grammatica, Dialectica: unum ad-
de verbum *dicendi*, jam à communitate res dis-
iuncta videbitur, ut sit explicata definitio:
Rhetorica est ars dicendi.

- In orat. Hæc facultas definiendi debet esse in eloquen-
te, ut definire rem possit. Est enim explicanda
sæpe verbis mens nostra de qua quere, atque
2. de orat. involutæ rei notitia definiendo aperienda est.
Definitio enim quasi involutum evolvit id, de
quo quæritur. Sed id orator non faciet tam
pressè angustè, quàm in illis eruditissimis dis-
putationibus fieri solet: sed cùm explanatiùs,
tum etiam uberiùs, & ad commune iudicium
2. de orat. popularémque intelligentiam accommodatiùs.
pro Sestio. Sic Cicero, quid sint optimates, definit, cùm
ait: Sed genus universum (ut tollatur error)
brevis circumscripti & definiti potest: Omnes
optimates sunt, qui neque nocentes, nec na-
turâ improbi, nec furiosi, nec malis domesti-
cis impediti. Argumenti à definitione talis est
formula; *Ius civile est æquitas constituta iis, qui
eiusdem sunt civitatis, ad res suas obrinendas; eius
autem æquitatis utilis est cognitio; utilis est ergo
iuris civilis cognitio.*

In Top.

Sæpe etiam definiunt & oratores, & poætæ
per translationem verbi ex similitudine cum
quodam suavitate, quos licet imitari: ut si
adolescenciam, *florem ætatis*; senectutem, *oc-
casum vitæ* velis definire.

De partium distributione.

C A P. XVII.

ARGUMENTO à partium distributione sic est utendum, *nullam ut partem relinquamus.* Ut si velis probare, calliditatem non esse virtutem, à virtutis partibus, quæ quatuor sunt, Prudentia, Justitia, Fortitudo, Temperantia, sic probare possis. Omne quod honestum est, id quatuor partium oritur ex aliqua; aut enim in perspicientia veri, solertiq; versatur, aut in hominum societate tuenda, tribuendq; suum unicuiq;, & rerum contractarum fide; aut in animi excelsi, invictiq; magnitudine ac robore; aut in omnium, quæq; sunt, quæq; dicuntur, ordine & modo; in quo inest modestia & temperantia: calliditas ex nulla illarum parte oritur; non est igitur virtus.

In Top.

In offic. 1.

De Notatione.

C A P. XVIII.

ETYMOLOGIA, quæ verborum origine inquit, à Cicerone dicta *Notatio.* Eâ sæpe utuntur Oratores & Poetæ, ut Ovidius:

A senibus nomen mira senatus habet, Et

*Nam quia ver aperit tunc omnia, densaque cadit
Frigora & asperitas factaque terra patet.*

Aprilem memorant ab aperto tempore dictum

A notatione sumitur argumentum, cum ex vi nominis elicitur, hoc modo: Si consul est, qui consulit patriæ; non igitur Piso consul, qui eam evertit.

Quintil.
lib. 8. In
Top. Fast.
5. Fast.
lib. 4.

De Coniugatis.

C A P. XIX.

CONJUGATA dicuntur, *quæ sunt ex verbis generis eiusdem.* Eiusdem autem generis verba sunt, quæ orta ab uno variè commutantur: ut sapiens, sapienter, sapientia. Ex hac verborum conjugatione huiuscemodi argumento usus est Ovidius:

*Aurea nunc verè sunt secula, plurimus, auro
Venit honos,*

Et Juvenalis.

Satyr. 8. *Summum crede nefas, animam præferre pudori,
Et propter vitam vivendi perdere causas.*

In Pisonem. Cicero etiam: Cùm enim esset omnis causa illa mei *consularis & senatoria*, auxilio mihi opus fuerat & *consulis & senatus.*

Terent. in Heaut. Est & illud elegans in primis: *Homo sum, humani nihil à me alienum puto.* Cic. lib. de orat. 2. hoc utitur exemplo: *Si pietati summa tribuenda laus est, debetis moveri, cùm Q. Metellum tam piè lugere videatis.*

De genere & forma.

C A P. XX.

1. de orat. **G**ENUS est, *quod sui similes communiōe quadam, specie autem differentes, duas aut plures complectitur partes: Partes, quas genus amplectitur, forma dicuntur; ut, Virtus est*

est genus : plures enim formas, quatuor scilicet complectitur, Prudentiam, Justitiam, Fortitudinem, & Temperantiam : quæ sunt similes virtutis communione : ut enim prudentia, sic justitia, sic fortitudo, sic temperantia virtus est. Hinc perspicuum sit, quid sit forma ; est enim *pars generi subiecta*. Argumentum à *genere* sic tractatur. Virtutis laus omnis in actione consistit, prudentiæ igitur laus omnis in actione consistit. *Ex forma* autem: Quod justitia, utique virtus est.

1. de orat.
Offic. 1.
Quintil.
lib. 3. cap.
10.

De similitudine & dissimilitudine.

C A P. XXI.

SIMILITUDO est, *quæ traducit ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile. ex ea sumitur argumentum hoc modo* : Cicero ; Sed nimirum ut quidam morbo aliquo, & sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt, sic libidinosi, avari, facinorosi, veræ laudis gustum non habent.

Ad Herren. lib. 4.
Philip.

Ovidius.

Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,

Tempore sic duro est inspicienda fides.

Trist. lib.
1. eleg. 4.

Ex dissimilitudine tunc differentia ducitur hoc modo argumentum :

Si barbarorum est, in diem vivere, nostrorum consilia sempiternum tempus spectare debent.

2. de orat.

De Contrariis.

CAP. XXII.

Arist. in
cap. de op-
pos. Cic.
in Top.

CONTRARIORUM genera sunt quatuor ;
adversa, privantia, quæ inter se conse-
runtur, & contradicentia Adversa sunt, quæ
in eodem genere plurimum differunt : ut vir-
tus, vitium : quæ cum animi habitus sint,
plurimum tamen inter se differunt : ut bellum,
pax, sapientia, stultitia, ex quibus argumen-
ta talia existunt : Si stultitiam fugimus, sa-
pientiam sequamur ; & bonitatem, si mali-
tiam. Hinc illud Drancis apud Virgilium.

Lib. 11.

Nulla salus bello, pacem se poscimus omnes.
Perinde enim est atque hoc ; bellum est nobis
perniciosum, pax igitur expetenda est.

Cicero.

Tusc. 5.

Quid cum fatentur satis magnam vim esse in
vitiis ad miseram vitam, nonne fatendum est,
eandem vim in virtute esse ad beatam vitam ?
Contraria enim contrariorum sunt consequen-
tia.

Cic. in
Top.

Privantia sunt habitus, & ejus privatio : ut
lux, tenebræ : vita, mors : scientia, inscitia :
humanitas, inhumanitas : præpositio enim,
in, privat verbum ea vi, quam haberet, si in,
præpositum non fuisset. Ex his ductum est il-
lud Ciceronis in Miloniana. Ejus igitur mortis
sedetis ultores, cujus vitam, si putetis per vos
restitui posse, nolitis ?

Tertio loco ea, qua inter se conferuntur :
ut duplum, simplum : datum, acceptum :
miles

miles & imperator: docere & discere. Ex hoc loco est illud Ciceronis, Ex quo profectò intelligi debet, quanta in *dato* beneficio sit laus, cum in *accepto* tanta sit gloria: & item hoc: Non igitur periculum est, ne quis putet in magna arte & honesta, turpe esse *docere* alios id, quod ipsis fuerit honestissimum *discere*. Huc pertinet Virgilianum illud:

Arma rogo genitrix nato. Lib. 8.

Ultimo loco sunt: *negativa* valde contraria agentibus: ut; si hoc est, illud non est: ex quibus necesse est, alterum verum esse, alterum falsum. In Top.

De Adiunctis.

C A P. XXIII.

ADJUNCTA sunt ea, *quæ cum re sunt coniuncta*: ut locus, tempus, ut ea, quæ rem circumstant: ut vestitus & comitatus hominem circumstant, & apparatus, colloquia; pedum crepitus, strepitus hominum, rubor, pallor, cæteraque quæ suspicionem possunt movere. Latissimè itaque patent adjuncta, nam & quæ in hominis sunt, sive animo, sive corpore, ut virtus, & vitia, ut oris vel pulchritudo, vel deformitas, aliæque innumera comprehendunt. In Top.

Ab his sumit argumentum Cicero pro Milone, cum ait: Videamus nunc id, quod caput est, locus ad insidias ille ipse, ubi congressi sunt, veri tandem fuerit aptior, & multa deinceps: & paulò post: Videte nunc illum primùm egre-

egredientem è villa subito: cur vesperi? quid
 necesse est tardè? quid convenit, præsertim id
 temporis? & pro Cornelio. Hunc quisquam
 incredibili quadam atque inaudita gravitate,
 virtute, constantiâ præditum, fœdera scientem
 neglexisse, violâsse, rupisse, dicere au-
 debit? loquitur autem de Pompeio.

De antecedentibus & consequentibus.

C A P. XXIV.

Arist. 2. to. cap. 2. in Top. Cic. **A**NTECEDENTIA sunt ea, qua sic antee-
 dunt consequentia, ut cum ipsis necessariò co-
 hærent: quâ ratione ab adjunctis distinguun-
 tur: conjuncta enim nunquam necessariò co-
 hærent cum his, quibus adjuncta sunt. Argu-
 menti ab antecedentibus talis est formula: Or-
 tus est Sol, igitur dies est. Consequentia verò
 sunt, qua rem necessariò consequuntur: ab eis du-
 citur argumentum, cum ratio rei dubiæ faci-
 ens fidem sumitur à consequentibus hoc mo-
 do: Dies est, igitur ortus est Sol. Ex hoc lo-
 co est illud Ciceronis in Antonium: Luculen-
 tam tamen ipse plagam accepit, ut declarat ci-
 catrix: probat enim, quoniam cicatrix magna
 esset, vulnus quoq; fuisse magnum.

De Repugnantibus.

C A P. XXV.

REPUGNANTIA neque certa lege, neque nu-
 mero inter se dissident: quâ ratione à con-
 trarijs, atque dissimilibus discernuntur. Exem-
 pli

pli gratia; amare, & odio habere, contraria sunt: amare verò & nocere, & lædere, & convitijs insectari, repugnantia sunt. Argumenti à repugnantibus talis est formula: Amat illum, igitur non insectatur illum convitijs. Hortensius non erat adversarius Ciceronis aut obtrectator, semper enim est alter ab altero adjutus & communicando, & monendo, & favendo.

Declar.
orat.

De causis.

C A P. XXVI.

CAUSA est, qua sua vi efficit id, cuius est causa: ut vulnus mortis, cruditas morbi; ignis ardoris. ejus quatuor sunt genera: finis, efficiens, forma, materia. Finis est, cujus gratia fit aliquid, ut domus finis, est usus: belli, pax: hominis, beata vita. Ab eo ducit argumentum hoc modo Cicero contra Epicureos: Hi non viderunt, ut ad cursum equum, ad arandum bovem, ad indagandum canem, sic hominem ad duas res, ut ait Aristoteles, intelligendum & agendum esse natum, quasi mortalem Deum: contraque, ut tardam aliquam & languidam pecudem ad pastum, & ad procreandi voluptatem, hoc divinum animal ortum esse voluerunt, quo nihil mihi videtur absurdus. Hujus enim loci hæc vis est. Homo natus est ad intelligendum & agendum, non igitur ad pastum & voluptatem est ortus.

Cic. de fat.
Arist. lib.
2. Phys.
cap. 3.

de Suib. 1.

Efficiens causa est, quæ aliquid est, ut Sol diem efficit toto cælo luce diffusa. Ab ea est illud Ciceronis contra senectutis vituperatores; Caret epulis, ajunt, extractisque mensis, & fre-

In lib. de
Senectute;

frequentibus poculis, caret ergo vinolentia; cruditate & infomnijs. Cujus loci vis in eo est, quod ubi causa deest, effecta, quæ ex illa oriuntur, nullo esse modo possint. Ut, Nisus ut Eurialum servet, se auctorem cædis proficitur.

Æncid. 9. Me me adsum, qui feci, in me converte ferrum, O Rutuli, mea fraus omnis, nihil iste nec ausus, Nec potuit,

Forma est ratio rei & nota, per quam res est id, quod est & à rebus alijs distinguitur: ut,

Arist. 2. Animus est hominis forma: hic enim causa est, Phys. cap. ut homo sit, eumque à rebus alijs distinguit. 2. Sic domus, sic navis, sic ignis, sic terræ, cæterarumque rerum sua forma est vel artificiosa, vel naturalis. Ab ea ducitur argumentum hoc modo: Animi hominum immortales sunt: homines igitur ad æternitatem immortalitatemque beatæ vitæ aspirare debent.

Cic. de nat. Materia est, ex qua & in qua res sunt, ut Deor. l. 1. statuæ, æs, argentum, pateræ, corpus hominis, Ex materia sic sumitur argumentum: Corpus hominis mortale est: ab ejus igitur societate & contagione immortalis animus sevocandus est. Ex hoc loco, Regia solis apud Ovidium: Arma Ænææ apud Virgilium: multa signa sublata à Verre, à Cic. describuntur. Ex his causarum generibus tanquam ex fonte non modò in causis, sed in omni scribendi genere magna argumentorum suppetit copia. Licebit igitur diligenter eo cognito, non modò Oratoribus & Philosophis, quorum est proprius: sed Historicis et iam & Poetis multa & varia & copiosa ex eo facillè depromere.

Lib. 2. met. l. 8. Æncid. Act. 5. in Verrem.

De Effectis.

C A P. XXVII.

EFFECTA sunt ea, qua sunt orta de causis. Eo- Arist. 2.
cum ut causarum quatuor sunt genera: est post. cap. 7.
enim suus effectus & finis, & efficientis causa, Cic.
itemque formæ ac materiæ. Quæ autem sunt in Top.
singularum causarum effecta, cognitis causis
intelligitur: ut enim, quod effectum est, quæ
fuerit causa, demonstrat, sic causa effectum in-
dicat. Nam si finis belli, pax est, bellum ejus
pacis, quæ bello quaritur, effectus est: eodem-
que modo dies solis effectus est, & homo cor-
poris ac animi, quorum illud materia est, hic
forma. Ab effectu sumitur hoc modò argumen-
tum: Virtus facit laudem, sequenda igitur:
at voluptas infamiam, fugienda igitur.

De Comparatione.

C A P. XXVIII.

LOCUS à comparatione simplex quidem est, Arist. 2.
sed tripliciter tractatur: à comparatione to. cap. 4.
nimirum majorum, vel minorum, vel parium. & 2. Ret.
A comparatione *matorum* ducitur argumen-
tum hoc modo: Si quod magis videtur conveni-
re, non convenit, ne id quidem, quod minus,
at, Num me sefellit Catilina non modò res
tanta, tam atrox, tam incredibilis, verùm
id, quod multò magis est admirandum dies?
& Etenim si summi viri, & clarissimi cives
Saturnini & Gracchorum, & Flacci, & supe-
riorum complurium sanguine non modò se
non contaminârunt, sed etiam honestârunt:

B

veren-

verendum certè mihi non erat, ne quid hoc parricidâ civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundaret.

A *minoribus* ad *majora* ducitur argumentum hoc pacto: *Si quod minus videtur convenire, tamen convenit; ergo & id, quod videtur magis.*

Ovidius.

*Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes,
Arida nec sitiens, ora levabis aquâ.*

*Vt valeas animo, quicquam tolerare negabis?
An precium pars hac corpore maius habet.*

Et Horatius.

*Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones.
Vt te ipsum serves, non expergisceris?*

Et Cicero: Capitolium, sicut apud majores nostros factum est, publicè gratis coactis fabris, operisque imperatis exædificari atque effici potuit: majore igitur ratione navis cybæa: & in Catil. 1. Servi meherculè mei, si me isto pacto metuerent, &c.

Parium autem comparatio nec elationem habet, nec submissionem, est enim æqualis. Multa autem sunt, quæ æqualitate ipsâ comparantur, quæ ita ferè concluduntur: Eripuit contra Rempub. pecunias, ergo & largitus est: & si tibi non licuit imperare navem Mamertinis fœderatis, non licuit imperare Taurominitanis item fœderatis, aut, si his jure est imperata navis, etiam illis potuit imperari.

De argumentis remotis.

C A P. XXIX.

In part. **A**RGUMENTA sive remota, sive assumpta non eò dicuntur sine arte, quòd ita sunt: sed

In Epist.
lib. 1. ad
Lollium
lib. 5. ac-
cu.

2. de orat.
Lib. 5. de
accus.

sed quòd ea non parit oratoris ars, sed foris ad se-
delat: tamen arte tractat. Ea Cicero in Topicis
testimonii nomine complectitur. Testimonium
enim in eo loco dicit omne id, quod ab aliqua
re externa sumitur ad faciendam fidem. Sed ad
intelligendum erit facilius, si cum Quincti-
liano in *præiudicia, rumorem, & famam, tor-
menta, tabulas, iusiurandum, & testes* ea divi-
damus. Quæ ut ipsa per se carent arte, ita
summis eloquentiæ viribus & allevanda sunt
plerumque & refellenda. Quare genus harum
rerum, quæ ad oratorem deferebantur, medi-
tatum, in perpetuum usum similitum rerum,
veteres oratores habebant. Nunc translatis ab
oratoribus ad Jurisconsultos iudiciis, ut ve-
terum oratorum scripta intelligamus, cogno-
scenda sunt.

In Top.

Lib. 5. à
cap. 1. uf-
que ad 7.*De præiudiciis & testibus.*

C A P. XXX.

CÆTERIS quatuor omissis, quæ facilè intel-
liguntur, de præiudiciis & testibus dica-
mus: Præiudiciorum vis omnis tribus in gen-
eribus versatur. *Rebus*, quæ aliquando ex pari-
bus causis sunt iudicatæ, quæ exempla rectius
dicuntur. *Iudiciis* ad ipsam causam pertinenti-
bus, unde etiam nomen dictum est: qualia in
Milonem à Senatu facta dicuntur. Aut *cùm de
eadem causa est pronuntiatum.*

Quint. l. 5.
cap. 2.Cicer. pro
Milonc.

Veteres oratores & pro testibus & contra te-
stes magno labore dicebant: ut è pluribus Ci-
ceronis orationibus, maximèque oratione
pro Flacco apparet. Nunc iudiciorum mutata
ratio facit, ne is labor sit necessarius, & ut de

rumore, fama, tormentis, & jurejurando, pluribus agendum non fit.

De usu & utilitate locorum.

C A P. XXXI.

r. de orat.

HOS locos multa commentatione atque meditatione paratos atque expeditos, qui volet in dicendo excellens esse, habere debet. Atque quæque res ad dicendum erit suscepta, tum denique scrutari locos, ex quibus argumenta eruat. Quæ quidem ei, qui mediocriter ea modò considerat studio adhibito, & usu pertractata esse possunt. Est enim utilissimum nosse regiones, intra quas venire, & per vestiges quod quæras. Ubi eum locum omnem cogitatione sepe seris, si modò usum rerum percallueris, nihil te effugiet, atque omne quod erit in te, occurret, atque incidet. Ut enim si aurum cui, quod esset multifariam defossam, demonstrare aliquis vellet, satis esse deberet, si signa & notas ostenderet locorum, quibus cognitis, ille ipse sibi foderet, & id quod vellet, parvo labore, nullo errore inveniret: sic has argumentorum notas indicare satis est, quæ illa quærenti demonstrant, ubi sint: reliqua cura & cogitatione eruuntur.

Quò modus in argumentis adhibendus.

C A P. XXXII.

*In part.
In orat.*

NEC verò imprudenter quisquam utetur hac copia, sed omnia expendet, & seliget. Non enim semper, & in omnibus causis, ex iisdem argumentorum momenta sunt. Judicium ergo adhibebit, nec inveniet solùm, quid dicat,

cat, sed etiam expendet. Nihil enim feracius ingeniis, his præsertim, quæ disciplinis exculta sunt: sed ut segetes sæcundæ & uberes, non solum fruges, verum herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus; sic interdum ex illis locis aut levia quædam, aut causis aliena, aut non utilia gignuntur. Quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur.

Illud autem intelligendum est, ex his locis & ad faciendam fidem, & ad afferendum motum auditorum animis, materiam peti. Sed quia difficile est, etiamsi locorum naturam cognoveris, ex illis ea, quæ ad movendos animos valent, eruere, de affectibus movendis separatim dicamus: illud iterum monentes, nihil planè esse sive ad docendum, sive ad movendum accommodatum, quod ex his supra dictis fontibus non fluat.

De Affectibus.

C A P. XXXIII.

MAXIMA vis existit oratoris in hominum mentibus permovendis, quod amplificatione fit. *Est enim Amplificatio gravior quadam affirmatio, qua motu animorum conciliet in dicendo fidem.* Ea & verborum genere conficitur, & rerum. Quæ verba in amplificatione ponenda sunt, tunc dicemus, cum ad elocutionis præcepta venerimus. *Rerum amplificatio sumitur ex eisdem locis omnibus, quibus illa quæ dicta sunt ad fidem: maximèque definitiones valent conglobatæ, & consequentium frequentatio: & contrariarum, & dissimilium, & inter se pugnantium rerum confictio: & causæ, & ea,*

In orat.
In part.

In part.

quæ sunt orta de causis, maximèque similitudines & exempla.

De amplificatione à definitionibus conglobatis.

C A P. XXXIV.

1. de orat.

A DEFINITIONIBUS conglobatis est illa Ciceronis amplificatio. Historia verò, testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, quâ voce aliâ, nisi oratoris, immortalitati commendatur? Est & illud ex eodem loco inprimis illustre exemplum ejusdem pro Sestio: Ignari quid gravitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus videret: quæ in tempestate sæva quæta est; & lucet in tenebris, & pulso loco, manet tamen atque hæret in patria, splendētque per se semper, nec alienis unquam sordibus obsolescit. Ubi sunt quinque quasi definitiones, tum historiæ, tum virtutis conglobatæ: rarò enim adhibetur ab oratore definitio ad amplificandum, quæ genere declaratur & proprietate.

De amplificatione à consequentium frequentatione.

C A P. XXXV.

Act. 6.

A CONSEQUENTIUM frequentatione est illa in Verrem amplificatio: Constitue nihil opis esse in hac voce. Civis Romanus sum: jam omnes provincias, jam omnia regna, jam omnes liberas civitates, jam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maximè patuit, civibus Romanis ista defensione præclusis.

De

De amplificatione à contrariarum verum confitione.

C A P. XXXVI.

A *Rerum* contrariarum confitione est illa. Philip. 2.
 amplificatio Ciceronis in Antonium: Tam autem erat excors, ut tota in oratione tecum ipse pugnares: ut non modò non cohærentia inter fediceres, sed maximè disjuncta atq; contraria: ut non tanta tecum; quanta tecum, tibi esset contentio. Vitricum tuum fuisse in tanto scelere fatebare, pœnâ affectum querebare: ita quod proprium meum est, laudâsti: quod totius Senatus est, reprehendisti: Nam cùm reprehensio fontium, mea animadversio Senatus fuerit. homo disertus non intelligit eum, quem contradicit, laudari à se eos. apud quos dicit vituperari. Et in eisdem orationibus: O spectaculum illud non modò hominibus, sed undis ipsis & littoribus luctuosum, cedere patriâ servatorem ejus, manere in patria proditores!

Et in Catilinam: Hoc verò quis ferre possit inertes homines fortissimis insidiari, stultissimos prudentissimis, ebrios sobriis, dormientes vigilantibus? Ex hoc loco etiam est illud ejusdem in Pisonem & Gabinum. Qui latrones igitur, siquidem vos Consules? qui prædones, qui hostes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur? Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna majestas Consulibus, non capiunt angustiz pectoris tui, non recipit levitas ista, non egestas animi, non infirmitas ingenii sustinet: non insolentia rerum secundarum tantam personam, tam gravem, tam severam.

Philip. 10.

Orat. 2.

In Pison.

*De amplificatione à dissimilium, & inter se
repugnantium consuetudine.*

C A P. XXXVII.

Philip. 2.

A DISSIMILIUM rerum consuetudine sumpta est eleganter amplificatio illa Ciceronis: O tecta ipsa misera, quàm dispari domino: quamquam quomodo iste dominus? sed tamen quàm à dispari tenebantur: studiorum enim suorum M. Varro voluit esse illud, non libidinum diversorium. Quæ in illa villa antea dicebantur? quæ cogitabantur? quæ literis mandabantur? jura populi Romani, monumenta majorum, omnis sapientiæ ratio, omnisque doctrina. At verò te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum, natabant pavimenta vino, madebant parietes, ingenia pueri cum meritoris, scorta inter matresfamilias versabantur. At illa ex contentione pugnantium rerum: Qua in te mihi ridiculè es visus esse inconstans, qui eundem, & læderes, & laudares: & virum optimum, & hominem improbissimum esse diceres, eundem tu & honoris causâ appellabas: & virum primarium esse dicebas: & socium fraudasse arguebas.

Pro Rosc.
Am.

*De amplificatione à causis conglobatis, & his,
quæ sunt orta de causis.*

C A P. XXXVIII.

In orat.

CAUSÆ etiam, & ea, quæ sunt orta de causis; multum valent ad amplificandum, si conglobentur: Cicero multas & varias causas, propter quas multi essent ab eo alieniores, junxit hoc modo: Cum alii me suspitione peri-

Pro Sestio.

periculi sui non defenderent; alii vetere odio bonorum incitarentur: alii inviderent, alii obstare sibi se arbitrarentur, alii ulcisci dolorem suum aliquem vellent, alii rem ipsam publicam, atque hunc bonorum statum otiumque odissent: & ob hasce causas tot, tamque varias, se unum deposcerent.

Octa verò de causis ad amplificandum adhibuit contra M. Antonium: Doletis tres exercitus P. C. interfectos? interfecit Antonius; desideratis clarissimos cives? eos quoque vobis eripuit Antonius. Auctoritas hujus ordinis afflicta est? afflixit Antonius. Omnia denique quæ postea vidimus mala (quid autem mali non vidimus?) si rectè ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. Ex hoc loco Mezentii immanem crudelitatem auget Evander apud Virgil.

*Quid memorem infandas cades, quid facta tyranni Lib. 8.
Effera? Dii capiti ipsius, generique reservent.
Mortua quin etiam iungebat corpora vivis,
Componens manibusque manus, atque oribus ora.
Tormenti genus: & sanie taboque fluentes,
Complexu misero, longâ sic morte necabat.*

De amplificatione à similitudine atque exemplo.

C A P. XXXIX.

CICERO in Verrem. Non enim Charybdim tam infestam, neque Scyllam nautis, quam istum in eodem freto fuisse arbitror. Cic. in Ver. 7.

Virgilius etiam ex hoc loco pulchritudinem Æneæ pulcherrimis carminibus amplificavit.

Æncid. 1.

*Restitit Æneas, claraque in luce resulsit,
 Os humerosque Deo similis: namque ipsa decoram
 Casariem nato genitrix lumenque iuventa
 Purpureum, & latos oculis afflarat honores.
 Quale manus addunt ebori decus, ut ubi flavo
 Argentum, Pariusque lapis circumdatur auro.
 Idem mirificè expressit vim, quâ Æneas in
 Turnum hastam coniecit.*

Æncid. 1.

*Cunctantur telum Æneas fatiale coruscet,
 Sortitus fortunam oculis & corpore toto
 Eminus intorquet, murali concita nunquam
 Tormento, sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
 Dissultant crepitus, volat atris turbinis instar
 Exitium dirum hasta ferens.*

Pro Milo-
nc.

Ab exemplis verò est illa Ciceronis amplifi-
 catio pro Milone. Quamobrem uteretur eadem
 confessione Titus Annius, quâ Hala, quâ Na-
 sica, quâ Opimius, quâ Marius, quâ nosmetip-
 si. Et in Catilinam: An verò vir amplissimus
 P. Scipio Pontifex Maximus, Tiberium Grac-
 chum mediocriter labefactantem statum Rei-
 publ. privatus interfecit: Catilinam verò or-
 bem terræ cæde, atque incendiis vastare cu-
 pientem, nos Consules perferemus? nam illa
 nimis antiqua prætereo, quòd Qu. Servilius
 Hala Sp. Melium novis rebus studentem manu
 sua occidit.

Orat. 1.

Quæ sint ad amplificandum adhibenda.

CAP. XL.

In part.

SI causa patitur, ea sunt ad amplificandum
 adhibenda, quæ magna habentur: quo-
 rum est duplex genus. Alia enim magna naturâ
 videntur, alia usu. Naturâ, ut cœlestia, ut
 divi-

divina, uvea, quorum obscuræ causæ, ut in terris, mundoque admirabilia, quæ sunt: ex quibus similibusque si attendas, ad augendum multa suppetunt. *Vsu habentur magna*, quæ videntur hominibus aut prodesse, aut obesse, vehementius, quorum sunt genera ad amplificandum tria. Nam aut charitate moventur homines: ut Dei, ut patriæ, ut parentum: aut amore, ut fratrum, ut conjugum, ut liberorum, ut familiarum: aut *honestate*, ut virtutum, maximæque earum, quæ ad communionem hominum & liberalitatem valent. Ex his & cohortationes sumuntur ad ea retinenda, & in eos, à quibus ea violata sunt, odia incitantur, & miseratio nascitur.

Proprius locus augendi in his rebus, aut amissioni, aut amittendi periculo. Quamvis enim neque ad amplificandum adhiberi quidquam potest, quod ex locis petitum non sit, tamen ea ipsa, quæ petuntur è locis ad amplificandum, magna esse debent. Sic fecit Cicero in Catilinam, cum ait: Quapropter de summa salute vestra, populique Romani P. C. de vestris conjugibus ac liberis, de aris ac focus, de fanis ac templis, de totius Urbis tectis ac sedibus, de imperio, de libertate, de salute Italiæ, deque universa Republica decernite diligenter, ut instituitis, ac fortiter. Pleraque omnia sumpta sunt e loco ab adjunctis, sed sunt usu magna. Virgilius etiam cum J. Cæsaris deplorat mortem, à rebus natura magnis, quas ad locos suprascriptos referte tamen possis, amplificationem duxit:

Ille etiam extincto miseratus Casare Romam,

Cum caput obscurâ nitidum ferrugine texit,

Impiæque æternam simperunt sacula noxam.

B 6 Quam

In Catil.
orat. 4.

44 DE ARTE
Quam usque ad libri finem elegantissimè pro-
sequitur.

Quid in amplificatione servandum.
C A P. XLI.

In part. **N**IHIL in amplificatione nimis enucleandum est. Minuta est enim omnis diligentia, hic autem locus grandia requirit. Illud est iudicis, quo quoque in causa genere utamur augendi, In illis enim causis, quæ ad delectationem exornantur, ii loci tractandi sunt, qui movere possunt expectationem, admirationem, voluptatem. In cohortationibus autem, bonorum ac malorum enumerationes, & exempla valent plurimum. In iudiciis accusatori ferè, quæ ad iracundiam, reo plerumque, quæ ad miserationem pertinent: Nonnunquam tamen accusator misericordiam movere potest, & defensor iracundiam.

Cur quadam inventionis præcepta ad causarum genera dentur accommodata, & de dignitate exornationis.

C A P. XLII.

In part. **E**TSI ex supradictis fontibus omnis ad omnè orationem manat inventio, tamen veteres oratores de generibus causarum (ut discitentium minuerent laborem) seorsum præcepta tradiderunt. De præceptis autem exornationis in primis dicendum est. Nam latum genus est, sanèque varium, ut quod ad laudandos claros, & ad improbos vituperandos suscipiatur: & ad aliorum etiam vel animalium, vel carentium animâ

Quintil.
lib. 3. c. 7.

animâ laudem, vel vituperationem adhibeat: ut Cicero laudes Pompeji in oratione pro lege Manilia: Siciliae in libris accusationis in Verrem: studiorum verò humanitatis in oratione pro Archia Poeta exornavit. Accedit etiam ad ejus commendationem, quod nullum est genus orationis, quod aut uberius ad dicendum aut utilius civitatibus esse possit, aut in quo magis orator in cognitione virtutum, vitiorumque versetur.

Conficitur autem genus hoc dictionis ad animi motus leniter tractandos, magis quàm ad fidem faciendam, aut confirmandam accommodatè. *Proprium enim laudis est, res amplificare & ornare.* Quam ob causam Aristoteles, & postea Cicero, & Quintilianus, idoneam maximè inter omnia genera causarum existimaverunt ad scribendum, exornationem.

Arist. l. i.
Rhet. c. 6.
& Quintil.
lib. 3. c. 7.
Quintil.
lib. 3. c. 8.

Ex tempore praterito, quomodo laus ducatur.

C A P. XLIII.

LAUS hominum, cujus cognita præcepta facile ad res alias transferentur, dividitur in tempora, quòdque ante eos fuit, quòdque ipsi vixerunt: in his autem qui vitâ functi sunt, etiam quod est infecutum. *Ante hominem patria, ac parentes, majorésque erunt, quorum duplex tractatus est: aut enim respondisse nobilitati pulchrum erit, aut humiliter genus nobilitatis factis.* Illa quoque interim ex eo, quod ante ipsum fuit, tempore trahentur, quæ responsis, vel oraculis, vel signis futuram alacritatem promiserint, ut in D. Joanne Baptista, multisque aliis viris sanctissimis.

Quintil.
lib. 3. c. 7.

De tempore, quo vixit is, qui laudatur.

C A P. XLIV.

Quinct. l. 3. **I**psius laus hominis ex animo & corpore & ex
c. 7. Cic. 2. **I**trapositis peti debet. *Externa sunt: ut edu-*
de Orat. *catio, opes, divitiæ, propinqui, amici, po-*
tentia, gratia, cæteraque hujusmodi. In cor-
pore verò sunt hæc, forma, vires, valetudo, &
his similia. Qui hæc habuerit, laudabitur, quòd
bene illis sit usus: si non habuerit, quòd sa-
pienter caruerit: si amiserit, quòd moderatè
tulerit. Et quamvis & corporis, & fortuita,
quæ dicuntur bona, in se veram laudem non
habeant, quæ debere virtuti uni putatur, sed
tamen quòd ipsa virtus in earum rerum usu ac
moderatione maximè cernitur, tractanda
etiam in laudationibus hæc sunt.

In part.

In quibus est summa laus non extulisse se in
potestate: non fuisse insolentem in pecunia, &
non se prætulisse aliis propter abundantiam
fortunæ: ut opes & copiæ, non superbiam vi-
deantur ac libidini, sed bonitati ac moderatio-
ni facultatem ac materiam dedisse. Inter corpo-
ris verò bona forma, quæ virtutem significat,
facetè laudatur, quod elegantissimè Latinus
poëta his verbis significavit.

Æneid. 5. Tutatur favor Eurialum, lachrymaque decora,
Gratior & pulchro venienti è corpore virtus.

Quint. l. 3. **S**ed horum omnium levior, at animi semper
cap. 7. **v**era est laus, quæ quoniam à virtute profici-
scitur, de illa nunc dicendum est.

*De animi bonis & virtute, qua scientia
cernitur.*

C A P. XLV.

VIRTUTIS duplex est vis: aut enim *scien-* Offic. 2.
In part.
tia cernitur virtus, aut *actione*. Nam quæ
prudentia, quæque gravissimo nomine sapien-
tia appellatur, hæc scientia pollet una: quæ
verò moderandis cupiditatibus, regendisque
animi motibus laudatur, ejus est munus in-
agendo. *Prudentia* est rerum expetendarum, fu-
giendarumque scientia. *Sapientia* autem virtu-
tum omnium princeps, est divinarum, huma-
narumque rerum scientia. Sunt autem aliæ qua-
si *ministra comitesque sapientia*: quarum altera,
quæ Dialectica dicitur, quæ sunt in disputan-
do vera atque falsa, quibusque positis, quid se-
quatur, distinguit & judicat: altera est oratoria.
Nihil enim est aliud eloquentia, nisi *copiosè lo-
quens sapientia*, quæ ex eodem hausta genere, quo
illa, quæ in disputando, uberior est, atque la-
tior, & ad motus animorum vulgisque sensus
accommodatior. Studia etiam omnium bona-
rum artium ad hunc locum pertinent.

De virtute, qua in actione consistit.

C A P. XLVI.

VIRTUS, quæ in actione posita est, tres ha- Offic. 2.
In part.
bet partes, justitiam, fortitudinem, & tem-
perantiam. *Iustitia* est virtus, quæ in hominum
societate tuenda, tribuendoque suum cuique,
& rerum contractarum fide versatur. Illa erga
Deum religio: erga parentes pietas, vulgò
B 8 autem

autem bonitas : creditis in rebus fides : in moderatione animadvertendi lenitas : amicitia in benevolentia nominatur. *Fortitudo* est considerata periculorum susceptio, & laborum perpesio, cujus est liberalitas in usu pecuniæ. *Temperantia* est rationis in libidinem, atq; in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio : *Custus* verò *virtutum omnium*, dedecus fugiens, laudémque maximè consequens, verecundia est.

Quomodo laus ab hoc loco sit ducenda.
C A P. XLVII.

2. de orat. **E**T quoniam singularum virtutum sunt certa quædam officia ac munera, & sua cuique virtuti laus propria debetur : erit explicandum in laude justitiæ, quid cum fide, quid cum æqualitate, quid cum ejusmodi aliquo officio is, qui laudabitur, fecerit. Huc spectat illa Ser Sulpitii laus apud Ciceronem. Nec verò silebitur admirabilis quædam, & incredibilis, & pænè divina ejus in legibus interpretandis, æquitate explicanda, scientia, omnes ex omni ætate, qui hac in civitate intelligentiam juris habuerunt, si unum in locum conferantur, cum Servio Sulpitio non sunt comparandi: neque enim ille magis juri consultus, quàm justitiæ fuit : Ita ea, quæ proficiscebantur à legibus, & à jure civili, semper ad facilitatem æquitatémque referebat : neque instituere litium actiones malebat, quàm controversias tollere. Itémque in cæteris res gestæ ad cujusque virtutis genus, & vim, & nomen accommodabuntur.

2. de orat. Gratissima autem laus eorum factorum habetur,

tur, quæ suscepta videntur à viris fortibus sine emolumento ac præmio: quæ verò etiam cum labore & periculo ipsorum, hæc habent uberrimam copiam ad laudandum, quod & dici ornatissimè possunt, & audiri facillimè. Ea enim denique virtus esse videtur præstantis viri, quæ est fructuosa aliis, ipsi autem laboriosa, aut periculosa, aut certè gratuita. Hinc Servium Suplitium mirificè Cicero laudat: quò difficillimo Reipubl. tempore gravi periculo- sòque morbo affectus auctoritatem senatus salutemque P. C. vitæ suæ præposuerit, contraque vim, gravitatemque morbi contendere, ut ad castra Antonii, quo senatus eum miserat, perveniret.

Philip. 9.

Magna etiam illa laus & admirabilis videri solet, tulisse casus sapienter adversos: non fractum esse fortuna: retinuisse in rebus asperis dignitatem. Sic Cicero Milonis in gravi ac difficili tempore vultum semper eundem, & vocem, & orationem stabilem ac non mutatam commendat, & ejus infractum & excelsum animum extollit.

2. de orat.

Pro Milone.

Sumendæ autem res erunt, aut *magnitudine* præstabiles: aut *novitate* primæ: aut *genere ipso singulares*. Ejusmodi rerum plenæ sunt orationes Ciceronis pro lege Manilia, & pro M. Marcello: in quorum altera Cn. Pompejum, in altera Julium Cæsarem laudat: neq; enim parvæ, neq; usitatæ, neq; vulgares admiratione, aut omnino laude dignæ videri solent. Est etiam cum cæteris præstantibus viris comparatio in laudatione præclara. Sic apud Virgil. Augustus Cæsar cum his comparatur, quorum erant illustres victoriæ.

Æneid. 6.

*Nec verò Alcides tantum telluris obivit,
Fixerit aripidem cervam licet, aut Erymanthi
Placaris nemora, & Lernam tremefecerit arcu.
Nec qui Pampineis victor iuga flectit habenis.
Liber agens celso Nisa de vertice tigres.*

- Philip. 2. Et Cicero in Philippicis M. Antonium cum Tarquinio Superbo comparat: & D. Bruti, qui regnate non patiebatur Antonium, beneficia in Rempubl. majora esse docet, quàm L. Bruti, à quo Tarquinius expulsus est.

*De tempore, quod finem hominis
insequitur.*

C A P. XLVIII.

- In part. **N**EC mors eorum, quorum vita laudabitur, silentio præteriri debet: si modò quid erit animadvertendum aut in ipso genere mortis, aut in ijs rebus, quæ post mortem erunt consecutæ: In tempore autem quod finem hominis insequitur, insunt habitæ post mortem honores, decreta virtutis præmia, res gestæ iudicijs hominum comprobata.

- Afferunt etiam laudem liberi parentibus, Quinctil. lib. 3. c. 7. urbes conditoribus, leges latoribus, artes inventoribus: nec non instituta quoque auctoribus. Hinc est illud Ciceronis de S. Sulpitio: Philip. 9. Quanquam nullum monumentum clarius S. Sulpitius relinquere potuit, quàm effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenij, filium: cujus luctus aut hoc honore vestro, aut nullo solatio levare potest. Et in alia oratione: Romulum, qui hanc urbem condidit, ad Deos immortales benevolentiam famaque sustulimus.

2. in Catil.

Omnis

Omnis ordo supradictus, in vituperatione constabit tantum in diversum, id quod in orationibus Ciceronis in Pisonem, in Vatinius, in M. Antonium, maximeque ex secunda Philippica animadvertere licet.

De laude urbium.

C A P. XLIX.

LAUDANTUR urbes similiter atque homines. Nam pro parente est conditor, & multum auctoritatis affert vetustas, & virtutes ac vitia circa res gestas, eademque in singulis. Illa propria, quæ ex loci positione, ac munitione sunt; Cives illis, ut hominibus liberi, decori. Ad hunc locum pertinet illud Virg. de urbe Rom.

Quint. lib.
5. cap. 7.

*En huius nate; auspicijs illa incluta Roma;
Imperium terris, animos aquabis olympo,
Septemque una sibi muro circumdabit artes,
Felix prole virum.*

Æneid. 6.

Idem etiam Poëta Italiæ laudes elegantissime celebravit ex his locis in secundo libro Georgicorum.

De Deliberatione.

C A P. L.

QUÆ tradita sunt exornationis præcepta, multum ad sententiam dicendam valent: quia plerumque eadem illic laudari, hic suaderi solent. In deliberando *finis est dignitas*, ad quam omnia referuntur in consilio dando, sententiæque dicenda. Sunt autem & in suadendo, & in

Quint. lib.
5. cap. 7.

2. de orat.

Quint. lib. 3. cap. 8. & in disuadendo tria primùm spectanda: quid sit, de quo deliberetur: qui sint, qui deliberent; qui sint, qui svadeant.

De re, de qua deliberatur.

CAP. LI

Quintil. lib. 3. c. 8. **R**EM, de qua deliberatur, aut *certum* est, posse fieri, aut *incertum*. Si incertum, hæc erit quæstio sola aut potissima. Sæpe enim accidit, ut prius dicamus, ne si possit quidem fieri, esse faciendum: deinde fieri non posse. Cùm autem de hoc queritur, conjectura est: ut, An Rex Alexander terras ultra Oceanum sit inventurus? Sic ait Cicer. Pacem cum M. Antonio esse nolo, quia turpis est, quia periculosa, quia esse non potest. Quæ tria diligentissimè in oratione explicat. Quædam & fieri posse, & futura esse credibile est, sed aut alio tempore, aut alio loco, aut alio modo.

Partes svadendi in universum sunt tres, prima est, ut doceamus, *effici posse* id, quod svademus. Secunda deinde, *honestum esse*; postremò verò, *esse utile*. In primis itaque videndum est, an effici possit id, quod svademus: nam si quid effici non possit, deliberatio tollitur, quamvis & honestum & utile sit. Videndum etiam est, *quàm facilè* possit: nam quæ per difficilia sunt, perinde habenda sæpe sunt, ac si effici non possint. Et cùm de necessitate videbitur, videndum tamen erit, *quàm sit magnum*. Quod enim per magni interest, pro necessario sæpe habetur.

Arist. Rhe. lib. 1. c. 4. Cic. 2. de Orat.

Est apud Titum Livium præclara P. Scipionis ora-

oratio, in qua & posse Annibalem in Africa vinci demonstrat, & ad dignitatem populi Romani famamque apud Reges gentesque exteras pertinere, non ad defendendum modò Italiam, sed ad inferenda etiam Africae arma, videri Romanis animum esse: & in primis esse utile, requiescere aliquando diu vexatam Italiam, uti popularique invicem Africam.

Lib. 28.
ab urbe
cond.

De his qui deliberant.

C A P. LII.

DIVERSI sunt deliberantium animi: & sive consultent plures, sive singuli, in utrisque differentia est. Quia & in pluribus multum interest, Senatus sit, an populus: Romani, an Hispani, an Galli: & in singulis, Cato, an Cicero: Cæsar, an Pompejus deliberet. Proinde intuenda sexus dignitas, ætas, sed mores præcipuè discrimen dabunt. Duo enim sunt hominum genera, alterum indoctum, & agreste, quod antefert semper utilitatem honestati: alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponit.

Quintil.
lib. 3. c. 8.

In part.

De primæ parte suadendi.

C A P. LIII.

SI honestatis pulchritudo cerni oculis posset, mirabiles sui amores excitaret. Sed quoniam genus hominum ad honestatem natum malo cultu, pravisque opinionibus corruptum est, diligenti cohortatione opus est. Et honesta quidem apud

Offic. 1.
In part.

apud honestos suadere facillimum est: si verò apud turpes recta obtinere conabimur, ne videamur exprobrare diversam vitæ sectam, cavendum est.

Fab. lib. 2.
cap. 8.

Et animus deliberantis non sola virtutis commendatione permovendus, sed laude, vulgi opinione, & secutura utilitate: aliquando verò magis obijciendo aliquos, si diversa fecerint, metus. Nam præter id, quòd his levissimi cujusque animus facillimè terretur, nescio, an naturaliter apud plurimos plus valeat malorum timor, quàm spes honorum. Sola virtutis commendatione incendit militum animos Cato apud Lucanum, ad aggrediendum iter difficillimum & periculosissimum.

Lib. 29.

*O quibus una salus, placuit mea castra secutis
Indomita cervice mori, componite mentes
Ad magnum virtutis opus: summosque labores.*
Quam orationem pulchra illa claudit sententia.
--- *Serpens fissis, ardor, arena,
Dulcia virtuti. Gaudet patientia duris,
Latius est, quoties magno sibi constat, honestum.*

Sæpe etiam controversia inter hominum sententias in illo est, utrum sit honestius. Affirmant autem viri sapientissimi, omne officium, quod ad conjunctionem hominum, & ad tuendam societatem valet, anteponendum esse illi officio, quod cognitione & scientia continetur.

In ipsa autem communitate sunt gradus, ex quibus quid cuique præstet, intelligi potest. Ut prima DEO Opt. Max. secunda patri: tertia parentibus: deinceps gradatim reliqua reliquis debeantur. Ex quibus atque similibus intelligimus, quomodo hanc suasionis partem, quæ ad honestatem pertinet, tractare debeamus.

C A P. L I V.

AN sit autem facile, magnum, jucundum, sine periculo, ad quæstionem pertinet utilitatis, suasor itaque vel omnia hæc, vel eorum pleraque inesse in eo, quod suadet, ostendet. Qui verò dissuadet, ille difficile, parvum, injucundum, periculosum monstrabit. Hoc modo Fabius Maxim. apud Tit. Livium, ne P. Scipio in Africam trajiciat, contendit, cum Annibal hostis incolumi exercitu quartum decimum annum Italiam obsideat. Nam nunc quidem, præterquam quod in Italia & in Africa duos diversos exercitus alere ærarium non potest, præterquam quod unde classes tueamur, unde comæatibus præbendis sufficiamus, nihil reliqui est: periculi tandem, quantum adeatur, quem fallit? Deinde graviter & sapienter difficultates multas & pericula commemorat, quæ futura sunt, nisi consul uterque in Italia retineatur.

Eodem etiam modo propositis duobus utilibus, utrum sit utilius, controversia est. Cum autem species utilitatis cum honestate certat, qui utilitatem, defendet, enumerabit commoda pacis, opum, potentiæ, vectigalium, præsidii, militum, utilitates cæterarum rerum, quarum fructum utilitate metimur: itemque incommoda contrariorum. Ex his locis Catilina apud Salustium ad nefarium facinus, quod ille Maximum atque pulcherrimum vocat, conjuratos hortatur: Vocis (inquit) domi est inopia, foris æs alienum,

Quintil.
lib. 3. c. 8.

Liv. 8.
Dec. 3.

2. de orat.

Salust. de
Catil.

Lib. 1. num, mala res, spes multò asperior: deniq;
quid reliqui habemus præter miseram ani-
mam? Quin igitur expergiscimini? en illa,
illa quam sæpe optastis, libertas: propterea di-
vitæ, decus, gloria in oculis sita sint. Curio
similiter apud Lucanum specie utilitatis, Ju-
lium Cæsarem ad civile bellum hortatur.

*Bellantem geminis tenuit te Galli a lustris,
Pars quota terrarum, facili si pralia pauca
Gesseris eventus, tibi Roma subegerit orbem.*

2. de orat. Qui ad dignitatem impellet, majorum exem-
pla, quæ erunt vel cum periculo gloriosa, col-
liget; posteritatis immortalē memoriā au-
gebit: utilitatem ex laude nasci defendet: sem-
perque eam cum dignitate esse conjunctam. Hæc
autem exercitatio defendendi speciem utilita-
tis contra honestatem, in qua una vera est uti-
litas, ad scholarum exercitationes utilis est:
nam & iniquorum ratio noscenda est, ut me-
lius æqua tueamur.

Quintil.

De eo qui suadet.

C A P. LV.

2. de orat. **M**ULTUM etiam refert, quæ sit persona +
dicentis: suadere enim aliquid aut disva-
dere, gravissimæ est personæ: nam & sapientis
est, cõsilium explicare suum de maximis rebus:
& honesti & disertis, ut mente providere, aucto-
ritate probare, oratione persuadere possit. An-
teacta vita si illustis fuit, aut clarius genus, aut
ætas, aut dignitas affert expectationem. + vi-
dendum est, ne quæ dicuntur, ab eo, qui di-
cit, dissentiant. At his contraria summissiorem
quem;

Quintil.
Lib. 3. c. 8.

quemdam modum postulant. Nam quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur: & quibusdam sufficit auctoritas: quosdam ratio ipsa agrè tuetur.

Quadam in deliberatione observanda.

C A P. LVI.

AD consilium de Republ. dandum caput est 2. de orat; nosse Rempubl. ad dicendum verò probabiliter, nosse mores civitatis, qui quia crebrò mutantur, genus quoq; orationis est sæpe mutandum. In senatu minori apparatu dicendum est: sapiens enim est consilium, multisq; aliis dicendi relinquendus locus, vitanda etiam ingenii ostentationisque suspicio. Concio capit omnem vim orationis, & gravitatem varietatémque desiderat, maximæque pars orationis admovenda est ad animorum motus. Hoc videre est in quibusdam Ciceronis orationibus contra M. Antonium in senatu habitis: quæ cum sint elegantes & disertæ, nullum tamen apparatum habent. At oratio pro lege Manilia, & orationes pro lege Agraria, multò magnificentius habent & ornatius genus dicendi.

Vis autem ad svadendum exemplorum est maxima, aut recentium, quòd notiora sint, aut veterum, quòd plus auctoritatis habeant. Pleurumque enim videntur respondere futura præteritis, habeturque experimentum, vel ut quoddam rationis testimonium. Svadet Fabius Maximus in senatu, ne P. Scipio Annibale in Italia relicto, in Africam trajiciat? Dies me deficiat (inquit) si reges Imperatorésque temerè in-

Arist. l. 17
Rhet. c. 9.
Quint. l. 3. cap. 8.
Cic. In part.
Liv. lib. 18.

hostium terras transgressos, cum maximis cladibus suis exercituumque suorum, enumerare velim. Deinde vetus affert Atheniensium exemplum, qui classe in Siciliam transmissa, rempub. suam in perpetuum affixerunt, & novum M. Atilii, qui in ea ipsa Africa annis ante quadraginta, in prælio victus & captus est.

Sequebatur, ut ea, quæ judiciis accommodata sunt, explicarentur; sed quia judiciorum mutata ratio, ut ea præcepta parum sint necessaria, efficit, & ex orationibus Ciceronis, & ex locis supradictis, tum etiam his, quæ de partibus orationis dicentur, facilè cognosci possunt: sequitur, ut de secunda parte Rhetoricæ dicamus.



59
DE ARTE
RHETORICA

LIBER II.

DE DISPOSITIONE.

CAPUT I.



SECUNDUS hic liber dispositionis præcepta continebit, quæ oratori perutilia sunt & maximè necessaria. Quid enim diligenter argumenta invenisse conferet, nisi pari diligentia, quæ inventa sunt, collocentur? Excellentis

ducis virtus non magis in deligendo fortissimo, & strenuissimo quoq; milite ad bellum, quàm in instruenda ad pugnam acie cernitur: & si quam in corporibus nostris, aliorumve animalium partem permutes, atq; transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamen: & artus etiam leviter loco moti perdunt, quo viguerunt, usum: & turbati exercitus sibi ipsi sunt impedimento, sic oratio carens hac virtute, tumultuetur necesse est, sed sine rectore fluitet, nec cohaereat sibi, multa repetat, multa transeat, velut nocte in ignotis locis errans, nec initio, nec sine proposito, casum potius quàm consilium sequatur. Quapropter hic liber serviat dispositioni.

Est autem dispositio rerum inventarum in ordinem

Quintil.
lib. 7. in
pæfat.

De inver.
1.
In part.

nem distributio. Cujus in infinita quaestione ordo est ferè idem, qui expositus est locorum. In definita autem adhibenda sunt illa etiam, quæ ad motus animorum pertinent. Atque eò fit, ut utamur exordio, narratione, confirmatione, peroratione. Hæ sunt enim quatuor orationis partes, per quas inventa distribuimus. Quarum duæ valent *ad rem docendam, narratio & confirmatio; ad impellendos animos duæ, principium & peroratio: de quibus sigillatim dicendum est.*

De Exordio.

C A P. II.

De invet.
1. *Quinctil.*
lib. 4. c. 1.
Rhet. c. 14.
In part.

EXORDIUM est oratio, *animum auditoris idoneè comparans ad reliquam dictionem.* Id fieri tribus maximè rebus inter auctores plurimos constat, si benevolam, attentam, docilem auditorem fecerimus: quorum primus locus, id est, ut *amicè* audiamur, est in personis nostris, auditorum adversariorum: è quibus initia benevolentie conciliandæ comparantur, aut meritis nostris: aut dignitate, aut aliquo genere virtutis, & maximè liberalitatis, officii, justitiæ, fidei contrariisque rebus in adversarios conferendis, & cum auditoribus aliqua conjunctionis aut causa aut spe significanda.

Cicero pro C. Rabir. perduellionis reo: Me cum amicitie vetustas, tum dignitas hominis; tum ratio humanitatis, tum meæ vitæ perpetua consuetudo, ad C. Rabir. defendendum est adhortata: tum verò *ut id studiosissimè facerem, salus*

salus
rus den
Re
curatè
oratio
ex hu
siam
tior o
lenita
ribus
fecerit
que vi
me ful
miseri
Et
juncti
vester,
cit & r
conten
hoc in
non fue
cui non
piter na
custod
ipsum
At in
fiorum
Aquil
orat at
tam at
loco c
Ince
rebus
dicit,
ab init

salus Reipubl. consulare officium, Consulatus deniq; ipse mihi unâ vobiscum cum salute Reipubl. commendatus cõggit; hæc autem accuratè in eo exordio & ornatè explicat. In oratione verò pro P. Sylla sic ait: Quanquam ex hujus incommodis magnam animo molestiam capio: tamen in cæteris malis facilè patior oblatum mihi tempus, in quo boni viri lenitatem meam, misericordiãque notam omnibus quondam, nunc quasi intermissam agnoscerent: improbi ac perditii cives edomiti atque victi, præcipitante Repub. vehementem me fuisse atque fortem: conservata mitem ac misericordem faterentur.

Et pro Cn. Plancio suam cum iudicibus conjunctionem significat his verbis: Nunc autem vester, Iudices, conspectus & confessus iste reficit & recreat mentem meam, cum intueor & contemplor unumquemq; vestrum: video enim hoc in numero neminem, cui mea salus chara non fuerit, cujus non erit in me suum meritum, cui non sim obstrictus memoria beneficii sempiterna. Itaque non extimesco, ne Cn. Plancio custodia meæ salutis apud eos obsit, qui me ipsum maximè salvum videre voluerunt.

At in oratione pro P. Quintio, vim adversariorum & gratiam in invidiam vocat, & C. Aquilium, eosque qui in consilio aderant, orat atque obsecrat, ut multis injuriis jactatam atque agitatam æquitatem, in eo tandem loco consistere atque confirmari pariantur.

Intelligenter autem, ut audiamur & *attensè*, à rebus ipsis ordiendum est. Sed facillimè auditor discit, & quid agatur, intelligit, si complectare ab initio genus naturamq; causæ, si definias, si divi-

si dividas, si neque prudentiam ejus impediās confusione partium, nec memoriam multitudine. Sic exorditur Cicero pro A. Cluentio: Animadverti, iudices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes. Quam distributionem ait certum sibi esse in defensione servare, ut omnes intelligant, nihil eum nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo.

Ut attendè autem audiamur, trium rerum aliqua consequemur. Num aut magna quædam proponemus, aut necessaria, aut conjuncta cum ipsis, apud quos res agetur Luculenter, hunc locum Cicero tractavit in exordio nobilissimæ orationis pro domo sua: quod si ullo tempore magna causa in sacerdotum populi Romani iudicio ac potestate versata est: hæc profectò tanta est, ut omnis Reipub. dignitas omnium civium salus, vita, libertas, aræ, foci, dii penates, bona, fortunæ, domicilia, vestræ sapientiæ, fidei, potestatique commissa creditaque esse videantur. Verùm ex his, quæ proposita sunt, aliud atque aliud pro varietate causarum desiderari palàm est.

Quint. lib.
4. cap. 1.

De generibus causarum.

C A P. III.

De invet.
Quint. lib.
4. cap. 1.

GENERA porrò causarum plurimi quinque fecerunt: *honestum, humile, dubium, vel anceps, admirabile, obscurum.* Sunt quibus rectè videantur adjici *turpe*, quod alii humili, alii admirabili subjiciunt. *Admirabile* autem vocant, quod est præter opinionem hominum constitutum. In *incipisi* maximè benevolam judi-

Judic
para
cil
lib
turp
in du
nem
atten
caus
anim
nest
hom
Et
dend
in ur
dunt
sã la
cau
dum
occe
est
batio
tecu
tum
etiam
petita

EX
rum
cogn
dio

judicem, in *obsuro* docilem, in *humili* attentum parare debemus: nam *honestam* quidem ad conciliationem satis per se valet; in *admirabili cum turpi* remediis opus est; & eò quidam exordium in duas dividunt partes *principium & insinuationem*, ut sit in principiis recta benevolentiae & attentionis postulatio, quæ quia esse in turpi causæ genere non possit, insinuatio surrepat animis, maximè ubi fons causæ non satis honesta est, vel quia res sit improba, vel quia hominibus parùm probetur.

Et quidem quibus adversus hæc modis sit mendandum, consilium ex causis sumetur. Illud in universum præceptum sit, ut ab iis, qui lædunt, ad ea, quæ profunt, refugiamus. Si causam laborabimus, persona subveniat: si personam causa. His etiam de causis insinuatione utendum est, si adversarii oratio auditorum animos occupaverit, vel si dicendum apud fatigatos est: quorum aliorum promittendo nostras probationes, & adversus eludendo vitabimus; alterum & spe brevitatis, & iis, quibus attentum fieri auditorem docuimus. Urbanitas etiam opportuna reficit animos, & undecunquæ petita auditoris voluptas lævat tædium.

Cuiusmodi exordia esse debeant.

C A P. I V.

EXORDIA semper cum *accurata & acuta*, & *instructa sententiis, apta verbis*: tum *causarum propria* esse debent. Prima est enim quasi cognitio & commendatio oratoris in exordio, quæ continuò eum, qui audit, permul-

Quint. lib.
4. cap. 1. ad
Her. lib. 1.
Cicer. 1. de
Invent.

2. de orat.

cere

cere atque allicere debet. Maxima autem cōpia exordiorum ad auditorem alliciendum, aut incitandum ex iis locis trahitur, qui ad motus animorum conficiendos inerunt in casu, quos tamen totos in exordio explicari non oportebit, sed tantum impelli primò auditorem leniter, ut jam inclinatio reliqua incumbat oratio.

De vitiis exordii.

CAP. V.

De Invēt.
lib. 1.

Ad Heren.
lib. 2.

HÆC autem sunt vitia certissima exordiorum, quæ summoperè vitare oportebit: vulgare, commune, commutabile, longum, separatum, translatum, contra præcepta. *Vulgare est*, quod in plures causas potest accommodari, ut convenire videatur. *Commune est*, quod nihilo minus in hanc, quàm in contrariam partem causæ potest convenire. *Commutabile est*, quod ab adversario potest, leviter mutatum, ex contraria parte dici. *Longum est*, quod pluribus verbis aut sententiis, ultra quàm satis est, producit. Oportet enim, ut ædibus ac templis vestibula & aditus, sic causis proportionem rerum principia præponere.

Separatum est, quod non ex ipsa causa ductum est, nec sicut aliquod membrum, annexum orationi. *Translatum est*, quod aliud conficit, quàm causæ genus postulat: ut si quis docilem faciat auditorem, cum benevolentiam causa desiderat: aut si principio utatur, cum insinuationem res postulat. *Contra præcepta est*, quod nihil eorum efficit, quorum causa præcepta de exordiis traduntur: hoc est, quod eum, qui audit,

audit, nec benevolum, nec attentum, nec docilem reddit, aut quo profectò nihil pejus est, ut contra fit, facit.

De exordio quadam in genere iudiciali.

C A P. VI.

DICTUM est de exordio in communi, restat ut breviter, si quid in singulis generibus in exordiando proprium est, adjiciamus. Et ut à judiciis incipiamus, veteres oratores diligenter id curabant, ut in genere iudiciali ex ipsis visceribus causæ sumerent exordia: iudicem conciliabant non tantum laudando eum; sed laudem ejus ad utilitatem causæ suæ conjungentes, allegando pro honestis dignitatem illi suam, pro humilibus justitiam, pro infelicibus misericordiam, pro læsis severitatem, & similiter cætera: metum nonnunquam amovebant, ut Cicero pro Milone, ne arma Pompeii contra se disposita putaret, laboravit: nonnunquam adhibebant, ut idem in Verrem facit, dabant etiam operam, ne ostentarent in principiis curam. Non semper autem exordio utebantur, sed in honestis in parvis etiam atq; frequentibus causis, ab ipsa re, omisso exordio, incipiebant.

De exordio in exornatione, & deliberatione.

C A P. VII.

PRÆTEREA, quæ de exordio dicta, in genus demonstrativum facile transferri possunt: illud est notandum: exordia in eo esse maxime libera, ut Aristoteles existimat. Nam & longè à materia duci, & ex aliqua re vicina possunt.

2. de orat.
Quintil.
lib. 4. c. 1.

Actio. 2.
Arist.
Rhet. lib.
3. cap. 14.
Quint. l. 4.
cap. 1. Cic.
de orat. 2.

Rhetor. ad
Al. c. 13. &
Quintil.
lib. 3. c. 8.
In part.

C

In

In deliberatione verò sæpe nulla, vel brevia esse debent. Non enim supplex ut ad iudicem venit orator, sed hortator; atque auctor. Quare cum principio utetur, proponere quæ mente dicat, quid velit, quibus de rebus dicturus sit, debet: hortarique ad se breviter dicentem audiendum.

De Narratione.

C A P. VIII.

Quint. lib.
3 cap. 3. In
part.

NARRATIO est rerum explicatio, & quædam quasi sedes ac fundamentum constituenda fidei. Oportebit autem eam tres habere res, ut brevis, ut perspicua, ut aprobabilis sit: per quas efficitur, ut auditor intelligat, meminerit, credat. Erit autem brevis narratio, si constet simplicibus verbis, & semel unaquæque res diceatur, tum etiam si resciderimus omnia, quibus sublati, neque cognitioni quidquam, neque utilitati detrahatur, non tamen inornata debet esse brevis, alioqui fit indocta. Erit autem perspicua, si verbis usitatis, si ordine temporum conservato, si non interruptè narrabitur.

Quint. lib.
lib. 4.
cap. 2.
In part.

Probabilis autem erit, si personis, si temporibus, si locis ea, quæ narrabuntur, consentient, si cujusque facti & eventus causa ponitur: si testata dici videbuntur: si cum hominum opinione, auctoritate, si cum lege, cum more, cum religione conjuncta: si probitas narrantis significabitur: si antiquitas, si orationis veritas, & vitæ fides.

2. de orat.

Ciceroni vehementer placet, ut *incunda*, & *suavis*

suavis sit narratio: eamque suavem esse narrationem ait, quæ habet admirationes, expectationes, exitus inopinatos, quæ interpositos motus animorum, colloquia personarum, dolores, iracundias, motus, læticias cupiditates.

Quando narratione utendum sit.

C A P. I X.

IN judiciis quando utendum esset, aut non esset narratione, id erat consilii. Nec enim si nota res esset, nec dubium erat, quid gestum esset; narratio adhibebatur: nec si adversariis narrabat, nisi si refellebatur.

In exornatione verò narratio non erit ulla, quæ necessariò consequatur exordium, sed si qua inciderit; cum aliquid ejus, de quo loquimur, nobis narrandum sit, cum laude, aut vituperatione, præceptio narrandi de hoc loco petitur.

Nec multum sanè sæpe in deliberatione narrandum est: est enim narratio præteritarum rerum, aut præsentium: suasio autem futurarum. Privata certè deliberatio narrationem nunquam exigit ejus duntaxat rei, de qua dicenda sententia est, quia nemo ignorat id, de quo consuluit, extrinsecus possunt pertinentia ad deliberationem multa narrari. In concionibus sæpe est etiam illa, quæ ordinem rei docet, necessaria. Nunc ad confirmationem transeamus.

De Confirmatione.

C A P. X.

SEQUITUR confirmatio, in qua suggerenda sunt firmamenta causa coniuncta, & infirmantis

2. de orat.

C 2

contra

contrariis, & nostris confirmantibus. namque una in causis ratio quædam est ejus orationis, quæ ad probandam argumentationem valet: ea autem & confirmationem; & reprehensionem quærit. Sed quia nec reprehendi, quæ contradicuntur, possunt, nisi tua confirmes: neque hæc confirmari, nisi illa reprehendas, Idcirco hæc & natura, & tractatione, & utilitate conjuncta sunt. Tota autem spes vincendi ratioque persuadendi in hac parte posita est. Nam cum argumenta nostra exposuerimus, contrariâque dissolverimus, absoluti nimirum erit à nobis oratoris muneri satisfactum. Utrumque igitur poterimus commodè facere, si constitutionem causæ cognoverimus.

Ad Heren.
lib. 1.

Quid sit status.

C A P. XI.

Cicer. 1. de
Invent.
Quintil.
lib. 3. c. 6.

STATUS est quæstio qua ex prima causarum constitutione nascitur: ut, sit intentio accusatoris: Sylla conjurasti cum Catilina: depulsio verò defensoris, non conjuravi: ex hac prima constitutione nascitur illa quæstio: conjuraveritne Sylla cum Catilina? quam quæstionem vel statum, vel constitutionem oratores appellant. Status autem appellatio dicitur ducta, vel ex eo, quòd ibi sit primus causæ congressus, vel quòd in eo causa consistat.

Quot sint status.

C A P. XII.

Cic. in
Top. & in
CUM tria sint, quæ in omni disputatione quærantur, sit nec ne; quid sit, quale sit; sit,

fit, ut constitutiones quoque tres sint, prima *coniecturalis*, in qua fit, necne quærimus; ut, fit necne insidiatus Miloni Clodius? secunda autem *nominis vel finitionis*, cum quid sit aliquid, & quò nomine afficiendum investigamus: ut, fueritne Cæsar rex, an tyrannus, an dictator? tertia *in qua de utilitate, honestate, aq̄uitate differitur*, de que his rebus, qua his sunt *contraria*: ut, Rectène fecerit Romulus, cum fratrem interfecit.

Ejus constitutionis partes sunt duæ, quarum una *absoluta*, altera *assumptiva* nominatur. *Absoluta* est, cum id ipsum, quod factum est, ut aliud nihil foris assumatur, rectè factum esse dicemus. Ea est ejus modi: Pater filium verberavit: is injuriarum cum patre agit: pater nihil aliud defendit, nisi licere filium à patre verberari. *Assumptiva* est, cum aliquid necessario foris assumitur, ut jure factum esse aliquid confirmemus: ut Milo damnetur, nisi foris assumat, à Clodio sibi esse factas insidias. Hæ tres constitutiones & in exornatione, & in deliberatione, & in judicio repertiuntur.

De ratione, firmamento, & iudicatione.

C A P. XIII.

RATIONEM appellant oratores eam, quæ *afferretur à reo depellendi criminis causa*, quæ nisi esset, quod defenderet, non haberet: *firmamentum* autem quod contrà *ad labefactandam rationem refertur*, sine quo accusatio stare non potest. Ex rationis autem, & ex firmamenti consuetudine, & quasi concursu quæstio exoritur quædam, quam *iudicationem*

part. Quir.
l. 3. cap. 6.

Ad Her. l.
1.
Cicer. de
invent. 1.
Quintil.
lib. 7. c. 4.

Cic. in pat.
ad Heren.
lib. 1. de
inven. lib.
1. & Quint.
lib. 3. cap.
11.

C 3

appel-

appellant, *in qua, quid deveniat in iudicium, & de quo disceptetur, quari solet*, hoc modo.

Orestes, cum confiteatur se interfecisse matrem, nisi attulerit rationem, pervertit defensionem: ergo affert eam: illa enim, inquit, patrem meum occiderat. Tum contra rationem defensoris firmamentum ab accusatore subjicitur: hoc modo: Sed non abs te occidit tamen, neq; indemnata[m] pœnas pendere oportuit. Ex conjunctione rationis & firmamenti iudicatio constituitur, hoc modo: Cùm dicat Orestes, se patris ulciscendi causâ matrem occidisse, re-ctumne fuerit, à filio sine iudicio Clytemnestram occidit?

Ergo hâc ratione iudicationem reperire convenit, ad quam omnem rationem totius orationis conferre oportebit. Nam primus status diffusam habet quæstionem, rationem verò & firmamentorum contentio adducit in angustam disceptationem. Ea in conjectura nulla est: nemo enim ejus, quod negat factum, rationem aut potest, aut debet, aut solet reddere. Itaque in his causis eadem & prima quæstio, & disceptatio est extrema.

Quo statu quæstio, qua in scripto existit, consineatur.
C A P. XIV.

Quin. l. 7.
c. 5. Cicer.
lib. 2. de in-
vent. Au-
stor ad He-
ren. lib. 1.
in Top.

SÆPE ex scripti etiam interpretatione existit contentio, quod quatuor modis potest contingere. Aut enim defenditur non id scriptum dicere, quod adversarius velit, sed aliud: id autem contingit, cum scriptum ambiguum est, ut duæ differentes sententiæ accipi possint: tum opponitur scripto voluntas scriptoris: tum scripto scriptum contrarium affertur.

tur. Aut ex eo, quod scriptum est, aliud quoque, quod scriptum non est, ducimus. Ita sunt quatuor genera, quæ controversiam in omni scripto facere possunt, *ambiguum, discrepantia scripti & voluntatis, scriptura contraria, ratiocinatio.*

Ambiguum hoc modo: Testamento quidam iussi poni statuam auream hastam tenentem, quaeritur: Statua hastam tenens aurea esse debeat, an hasta esse aurea in alterius statua materiae. *Ex discrepantia* verò *scripti & voluntatis*, ejusmodi oritur controversia. Lex est, Peregrinus si murum ascenderit, capite puniatur: cum hostes murum ascendissent, peregrinus eos depulit, petitur ad supplicium: illa voluntatem allegat scriptoris. *Ex contrariis scripturis* hoc modò existit contentio. Lex est, Vir fortis optato præmium, quod volet: & altera lex est: Magistratus ab arce ne discedito: magistratus, qui fortiter egit, optat hoc præmium, ut ab arce liceat discedere, lex illi posterior opponitur, ipse verò priore se tuetur. In *ratiocinatione* verò queritur, an ubi propria lex non est, simili sit utendum? ut lex est, lanas Tarento vehere non liceat: quidam oves vexit, etsi nulla lex certa est, quæ factum ejus nominatim prohibeat, tamen illa, quæ similis est, accusatur. Itaque ex eo, quod certum est, id quod incertum est, ducit hæc controversia: quod quoniam ratiocinando fit, nomen etiam ratiocinationis accepit.

Hæc quatuor controversiarum genera, quæ in scripto nascuntur, semper in qualitatis statum cadere, cum Cicer. debemus existimare, ut in primo genere disceptetur. Utrum æquum

Quintil.
lib.7. c. 9.
Idem lib.
7. c. 6. 2.

3. Idem
lib.7. cap.
7.

Quint. 7.
cap. 8.

2. de orat.

fit ex differentibus sententiis accipi : in secundo verò : Verbane plus an sententia valere debeant : in tertio , utram legem sequi sit justius : in quarto , Oporteatne legem similem ad factum , quod venit sine lege in iudicium , accommodare.

Quomodo status tractetur.

C A P. XV.

JUDICATIO cum est constituta, proposita a. de orat. esse debet oratori, quo omnes argumentationes repertæ ex inveniendi locis conjiciantur, quod satis est ei, qui videt quid in quoque loco lateat, quique illos locos tanquam thesauros aliquos argumentorum notarios habet. Quibus in mente & cogitatione defixis, & in omni re ad dicendum posita excitatis, nihil erit, quod in ullo dicendi genere oratorem possit effugere.

Diligenter tamen ordinem collationemque argumentorum attendet, & curabit, ut firmissimum quodque sit primum; tum ea, quæ æquè excellent, seruentur ad extremum: si quæ erunt mediocria (nam vitiosis nusquam esse oportet locum) in mediam turbam conjiciantur, Reliquum nunc est, quando de argumentorum locis & causarum constitutionibus dictum est, ut rationem, quâ expoliuntur ab oratore argumenta, quorum propria sedes est in confirmatione, accuratè doceamus.

De Argumentatione.

C A P. XVI.

Cic. in par. **A**RGUMENTATIO est argumenti vel expli-
1. de invet. catio, vel artificiosa expolitio. Sed ea conficitur,

citur, cum ex locis, de quibus superiori libro dictum est, aut certa, aut probabilia sumpseris, ex quibus id efficias, quod aut dubium, aut minus probabile per se videtur: dubijs enim probari dubia quomodo possunt.

Quint. l. 5.
cap. 12.
Idem lib.
5. c. 10.

Pro certis autem habemus primum, quæ sensibus percipiuntur, ut quæ videmus, audimus: deinde ea, quæ communi hominum opinione atque sententia sunt comprobata; ut, afficiendos esse honore parentes, præterea quæ legibus cauta sunt, quæ persuasionem, si non omnium hominum, ejus certe civitatis aut gentis, in qua res agitur, in mores recepta sunt: si quid inter utramque partem convenit: si quid probatum est: denique cuicumque adversarius non contradicit. *Probabilium* autem genera sunt tria: unum firmissimum, quod fere accidit; ut liberos à parentibus amari, alterum velut propensius; eum qui rectè valeat, in crastinum perventurum: tertium tantum non repugnat, in domo furtum factum ab eo, qui domi fuit.

Ad probandum verò id, quod est dubium, hoc modo, id quod probabile est, potest adhiberi: sit dubium, an Catilina conjuravit; sumatur illud, quod credibile est: Homines æris alieni magnitudine oppressos, eos denique egenes & sumptuosos; facile adducit, ut conjurent: Jam id quod dubium erat, efficitur probabile, Catilinam conjurasse. Sed hæc oratores non tenuerunt more dialecticorum, sed copiosissimè expoliant. Dicitur autem illa argumenti expolitio, argumentatio: de cujus quatuor partibus, ratiocinatione, inductione, enthymemate, exemplo breviter & enucleate differemus.

De invent.

De Ratiocinatione.
CAP. XVII.

συλλογισ-
 μός, vel
 ε'πεχειρη-
 μα Græ-
 cis appel-
 latur. Cic.
 de invent.
 lib. 1.
 Quint. lib
 5. cap. 14.
 Ad Heren.

RATIOCINATIO, quam & syllogismum
 & epicherema Græci vocant, constat *pro-*
positione, cum qua ejus ratio jungitur: deinde
assumptione, & ejus probatione: postremò *com-*
plexione. *Propositio* est, per quam breviter locus is
 exponitur, ex quo omnis vis oportet emanet
 ratiocinationis. *Propositionis* verò *approbatio* est;
 per quam breviter id, quod expositum est, ra-
 tionibus affirmatum probabilius, & apertius
 fit. *Assumptio*, per quam id, quod ex propo-
 sitione ad ostendendum pertinet, assumitur. *As-*
sumptionis *approbatio*, per quam id, quod assump-
 tum est, rationibus firmatur. *Complexio*, per
 quam id, quod conficitur ex omni argumen-
 tatione, breviter exponitur.

Hoc modo fit propositio: Meliùs gubernan-
 tur ea, quæ consilio geruntur, quàm quæ sine
 consilio administrantur: deinde subjiciatur ra-
 tio. Exercitus enim is, cui præpositus est sa-
 piens imperator, omnibus partibus commodiùs
 regitur, quàm is, qui stultitia & temeritate ali-
 cujus administratur. *Assumptione* deinde poni-
 tur: Nihil autem omnium rerum melius, quàm
 omnis mundus administratur. *Assumptioni* pro-
 batio adjungitur. Nam & signorum ortus &
 obitus definitum quandam ordinem servant,
 & annuæ commutationes non modò semper eo-
 dem modo sunt, verùm ad utilitates quoq; re-
 rum omnium sunt accommodata. Tertio loco
 inducenda est complexio, quæ id infert, quod
 ex superioribus partibus cogitur; hoc modo
 Consi-

Consilio igitur mundus administratur. Hæc uberiùs & doctiùs dicuntur in oratione, sed præcipiendi ratio hanc simplicem & apertam, brevitatem requirit.

Quot sunt partes ratiocinationis.

C A P. XVIII.

EX supradictis manifestum est, nihil referre five tripartitam, five quinq; partitam putes esse hanc argumentationem. Commodior tamen illa partito videtur esse, quæ in tres partes distributa est, quod fit, si propositionem & ejus rationem, unam partem existimemus, alteram verò assumptionem & ejus exornationem, ac si separet propositionem à ratione, & assumptionem ab exornatione, in quinq; partes distributa erit.

Cùm propositio ex se intelligatur, sine ratione assumenda est, Assumptio etiam cùm perspicua est, nullius approbationis indiget. Quodd si & propositio, & assumptio perspicua sint, utraq; approbatione præterita, ratiocinationem conficiemus, hoc modo: summopere virtus expetenda est: At prudentiam esse virtutem in confesso est: Summopere igitur prudentia expetenda est. Vitare autem similitudinem, quæ satietatis est mater, poterimus, non semper à propositione ordientes, sed interdum à complexione, ab assumptione nunquam.

Cic. lib. 1.
de invent.

Contrarium asserit Cic. 1. de invent.

Quint. lib: 5. c. 14.

Cic. in part. & lib. 1. de invent.

Quintil.
lib. 5. cap.
10. & 14.

ENTHYMEMA est imperfectus syllogismus: vel, ut alij definiunt, syllogismi pars. Ratiocinatio enim tripartita est: ex tribus igitur ejus partibus si una prætereatur, bipartita fit argumentatio, est enthymema: ut Omnes artes sunt expetendæ: igitur expetenda est eloquentia.

Quintil.
lib. 5. c. 4.
Cic. in top.

Intelligitur enim assumptio. Propositione verò præterita fit enthymema hoc modo. Eloquentia est ars; igitur expetenda. Optimum autem videtur Enthymema, quod sit expugnantibus, quod etiam solum Enthymema quidam vocant, non quòd non omnis argumentatio bipartita, proprio nomine. Enthymema dicatur, sed ut Homerus propter excellentiam commune Poëtarum nomen effecit apud Græcos suum; sic cum omnis argumentatio bipartita, Enthymema dicatur, quia videtur ea, quæ ex contrarijs conficiatur, acutissima, sola propriè nomen commune possidet.

Pro Milo-
ne.

Ejus generis est illud Cicer. Ejus igitur mortis sedetis ultores, cujus vitam, si putetis pet vos restitui posse, nolitis? Et illud Micipsæ ad Jugurtham apud Salustium: Quem alienum fidum invenies, si tum hostis fueris? Enthymemate sæpius utuntur Oratores, quàm ratiocinatione, quod movit Aristotelem, ut Enthymema syllogismum oratorium esse diceret, Enthymema Quintilianus *commentum*, aut *mentionem* interpretatur, quo nomine cum possint omnes animi cogitationes significari, argu-
men-

Lib. 1.
Rhet. c. 1.
& 1. post.
cap. 1.

mentatio bipartita signatur. Alij propterea cre-
dunt bipartitam argumentationem Enthymema
appellatum, quod in animo maneat condita il-
la pars, quæ silentio, est præterita.

De Inductione.

C A P. XX.

INDUCTIO est oratio, qua rebus non dubijs ca-
piat assensionem auditorum: quibus assensionibus
facit, ut illis dubia quædam res propter si-
militudinem earum rerum, quibus assenserint,
probetur: vel inductio est argumentatio, qua
ex pluribus collationibus pervenit, quo vult, hoc
modo: Quod pomum generosissimum? puto,
quod optimum: & equus? qui velocissimus, &
plura in eundem modum. Deinde ejus rei gra-
tia illa proposita sunt: Ita hominum, non qui
claritate nascendi, sed qui virtute maximè ex-
cellet, erit generosissimus.

Hoc genere argumentationis plurimum So-
crates usus est, propterea quod nihil afferre ad
persvadendum volebat, sed ex eo quod sibi ille
dederat, qui cum disputabat, aliquid confice-
re malebat, quod ille ex eo, quod jam concessit,
& necessariò approbare debebat. Sed in
oratione perpetua dissimile est. Etenim sibi ipsi
respondet orator Poëtæ vehementer inductio-
ne delectantur: sed maximè omnium eam fre-
quentavit Ovidius, apud quem & multa & præ-
clara sunt exempla: nos uno erimus contenti.
Probat ille ad consolandam uxorem hæc indu-
ctione, asperas res & tristes segetem ac mate-
riam esse gloriæ.

Græcæ

παραγωγή

Cic. in top.

& Quin. li.

5. c. 10. &

11. Cicer.

li. 1. de in-

ven. Quin-

til. lib. c.

11.

Arist. 13.

Meta. c. 4.

Cic. de In-

vent. 1.

Trist. lib.
4. Eleg. 3.

Materiaque tuis tristem virtutibus imple.

Ardua per praecepti gloria vadit iter.

Meliora quis nosset, felix si Troia fuisset,

Publica virtutis per mala facta via est,

Arstua Tiphyciaces, si non sit in aquore fluctus:

Si valeant homines, arstua, Phæbo, iacet,

Qua laet inque bonis cessat non cognita rebus,

Apparet virtus arguiturque malis.

De invent.
2.

Hoc in genere duo sunt diligenter cavenda, primum ut illud, quod inducemus per similitudinem, ejusmodi sit, ut sit necesse concedi: deinde ut illud cujus confirmandi causa fit inductio, simile his rebus sit, quas res quasi non dubias ante induxerimus.

De Exemplo.

C A P. XXI.

Arist. Rhe.
1. cap. 2. &
lib. 2. c. 20.
Quintil.
lib. 5. c. 2.

EXEMPLUM est *inductio imperfecta*, vel quod idem est, *Inductio Rhetorica*, Cic. pro Milone: Negant intueri lucem esse fas ei, qui ab se hominem esse occisum fateatur, in qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea, quæ primum judicium de capite vidit M. Horatii fortissimi viri, qui nondum libera civitate, tamen populi Romani comitiis liberatus est, cum sua manu sororem esse interfectam fateretur.

Locis supra dictis & lib. 2. prior. c. 24. & l. 2. post. c. 1.

Aliqui Aristot. summum in omni scientia virum, temerè ausi sunt reprehendere, quòd exemplum genus argumentationis fecerit: sed magnus ille vir & acuta mente præditus, majus quiddam perspexit: nimirum exemplum esse argumentum quidem à similitudine, sed in argumen-

gumentatione positum, efficere novum argumentationis genus, quod à ratiocinatione, & inductione sine controversia differt. Enthymema autem esse non potest, cum in Enthymemate semper generale aliquid vel ponatur, vel intelligatur, in exemplo verò ex una re singulari alia inducatur. Unde fit, ut sic quartum argumentationis genus, quod ea ratione ab inductione separatur, quia Enthymema à syllogismo disjungitur.

De Epicheremate.
C A P. XXII.

QUAMVIS argumentationis partes omnes ^{ἢ τὸ ἄλλο πρὸς} sint jam expositæ, tamen operæ pretium ^{ἢ ἄλλο.} fuerit, quid Epicherema, quid Sorites, quid Dilemma sit, explicare: nam auctores & quidem ^{Quint. lib. 5. c. 14.} gravissimi eorum mentionem fecerunt. Ea ubi explicata fuerint, facile intelligetur, cur novæ argumentationis partes non debeant existimari. Epicherema igitur Græci aliquando argumentationem vocant, non eam argumentationis partem, quam Cicero ratiocinationem appellavit, de quo paulò antè dictum est.

Aliquando etiam Epicherema vocant breviter comprehensam ratiocinationem, cujus omnes partes in unam conferuntur, hoc modo: Sine causa dominum servus accuset? Similis enim est locus apud Ciceronem pro Rege Dejotaro, quem servus apud Cæsarem accusabat: En crimen, en causa, cur Regem fugitivus, dominum servus accuset? ubi vehemens argumentum Epicheremate inclusum & involutum est. Erit autem absoluta ratiocina-

tio, si hoc modo evolveris: Sine causa non debet dominum servus accusare, hic medicus est servus Dejotari: non igitur debet sine causa dominum accusare.

De Sorite.

C A P. XXIII.

capit. 116.
Lib. 2. c
devinat.

SORITES contra *multas argumentationes acervatim convolvit* atque complectitur, unde nomen etiam invenit. Cicero scripsit de eo in libris de divinatione his verbis: Si necesse sit, inquit, Latino verbo liceat *acervalem* appellare: sed nihil opus est; ut enim ipsa Philosophia, & multa verba Græcorum, sic Sorites fatis Latino sermone tritus est.

Offic. 3.

Pulchrum in primis est ejus exemplum apud eundem Ciceronem: atq; si etiam hoc natura præscribit, ut homo homini quicumque sit, ob eam ipsam causam tamen; quod is homo sit, consultum velit: necesse est secundum eandem naturam, omnium utilitatem esse communem: quod si ita est, una continemur omnes, & eadem lege naturæ: idque ipsum, si ita est, certè violare alterum lege naturæ prohibemur, verum autem primum: verum igitur & extremum. Sed apertissimè concludit Sorites ille, qui est in quinta Tuscul. propositum enim erat probare: Quod esse honestum, id solùm esse bonum: id autem sic probat: Etenim quicquid est, quod bonum sit, id expetendum est: quod autem expetendum, id certè approbandum: quod verò approbandum, id gratum acceptumque habendum? Ergo etiam dignitas ei tribuenda est: quod

quod si ita est, laudabile sit necesse est: Bonum igitur omne laudabile. Ex quo efficitur, ut quod sit honestum, id sit solum bonum. In quo Sorite, cum per sex quasi gradus ad complexionem perveniatur, quinque ratiocinationes incluse sunt.

Sed hoc argumentandi genus sæpe solet esse fallax atque captiosum: dum enim minutatim & gradatim multa adduntur, periculosissima respondententi tela texitur: retexere igitur oportet, & seorsim singula considerare: sic facilius universa frangentur. In hoc disputandi genere frequentes fuerunt Stoici, & Zeno, qui eorum inventor & princeps fuit. Sed maximè omnium illo delectatus dicitur Chrysipus, ut Socrates inductione.

Cic. in Acad.

Persius Satyra 6.

De Dilemmate.

C A P. XXIV.

DI L E M M A est, in quo utrum concesseris reprehenditur. Cicero patriam cum Catilina sic agentem inducit: Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe: si verus, ne opprimar: si falsus, ut tandem aliquando timere desinam. Et in Epistola ad Quintum Fratrem: Si implacabiles sunt iracundiæ, summa est acerbitas: sin autem exorabiles, summa levitas.

Dictum est autem dilemma, quod ita utrinque premat ac urgeat, ut ex alterutra parte capiat adversarium: qua de causa cornutus etiam syllogismus vocatur, sic enim argumentationis cornua in eo disponuntur, ut alterum effugerit, in alterum incurrat. Cicero complexionem appellat.

Et

Et ea, si vera est, nunquam reprehenditur: si falsa, duobus modis diluetur, qui conversione, aut alterius partis infirmatione. Cùm viderem, inquit Varro apud Cicronem, Philosophiam Græcis litteris diligentissimè explicatam existimavi, si qui de nostris ejus studio tenerentur, si essent Græcis litteris eruditi, Græca potius quàm nostra lecturos: si à Græcorum artibus, & disciplinis abhorrerent, ne hæc quidem curaturos, quæ sine eruditione Græca intelligi non possunt. Itaque ea scribere nolui, quæ nec indocti intelligere possent, nec docti legere curarent. Hoc dilemma deinde Cicero in eum convertit hoc modo. Imò verò & Latina legent, qui Græca non potuerunt: & qui Græca potuerunt, non contemnent sua. Veterum scriptis celebrata est conversio ea, quâ Evathlus discipulus Protagoræ præceptoris dilemma elusit. Alterius partis infirmatione reprehenderetur, si diceret Cicero: Etsi doctis minus esset necessarium, tamen indoctis latinè scribendo consuli debere.

In Aca. l. 1.
Gell. lib. 5.
cap. 10.

Non est autem cur quisquam existimet, Complexionem genus esse argumentationis à quatuor illis, de quibus supra dixi, diversum. Est enim ratiocinatio imperfecta, quæ à duabus partibus contrariis ducitur, cui si assumptionem subjunxeris, efficies ratiocinationem perfectam hoc modo: Si implacabiles sunt iracundiæ, summa est acerbitas: si autem exorabiles, summa levitas: sed vel implacabiles sunt iracundiæ, vel exorabiles: igitur in illis summa est acerbitas, & summa levitas.

De confutatione.
C A P. XXV.

EXPOSITIS generibus argumentationum, Quint. l. 3.
 reliquum est, ut rationem, quæ refutan- cap. 13.
 dæ ac reprehendendæ illæ sunt, ostendamus. Cicer.
 Refutatio dupliciter accipi potest. Nam & pars 2. de orat.
 defensoris tota est posita in refutatione, & quæ
 dicta sunt ab adversario, debent utrinque dis-
 solvi, & hæc est propriè reprehensio, quam cum
 confirmatione, usu & naturâ & tractatione
 conjunctam esse diximus. Est autem reprehen-
 sio, per quam argumentando adversariorum
 confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut ele-
 vatur. Hæc fonte inventionis eodem utetur,
 quo utitur confirmatio, propterea quòd qui-
 bus ex locis aliqua res confirmari potest, illis
 ex locis potest infirmari. Quare inventionem Quint. l. 3.
 & argumentationem sumptam ex illis, quæ ante cap. 13.
 præcepta sunt, hanc quoque in partem ora-
 tionis transferri oportebit.

Sed ut facilius ea, quæ contradicentur, di-
 luere aut infirmare possimus, observare debe-
 mus, aut totum esse negandum, quod in argu-
 mentatione adversarius sumpserit, si perspicuè
 falsum erit: ut pro Cluentio Cicero eum, quem
 dixerat accusator epoto poculo concidisse, ne-
 gat eodem die mortuum: aut redarguenda est,
 quæ pro verisimilibus sumpta sunt. Primum
 dubia sumpta esse pro certis; deinde etiam in
 perspicuè falsis eadem posse dici. Tum ex iis,
 quæ sumpserint, non effici, quæ velint. Ac-
 cedere autem oportet ad singula, sic universa
 facilius frangentur.

Cicer.
In part.

Quo-

Quomodo sint argumentationes oratoria tractanda.

IN oratione insunt aliquando & ratiocinationes breviter conclusæ, & aperta enthymemata & inductiones, atq; exempla subtili quadam & brevi orationi comprehensa. Quod ut reprehendendum non est, ita diligentissimè est curandum, ut ne syllogismorum & enthymematum turbâ conferta oratio sit: Dialecticis enim disputationibus quàm oratoriis actionibus erit propior ac similior, quod longè aliter esse debet. Locuples enim & speciosa vult esse eloquentia: quorum nihil consequetur, si conclusionibus certis & crebris, & in unam prope formam cadentibus concisa, & contemptum, ex humilitate, & odium ex quadam servitute, & ex copia satietatem, & ex amplitudine fastidium rulerit. Feratur igitur non semitis, sed campis: non uti fontes angustis fistulis colliguntur, sed ut latissimi amnes totis vallibus fluat, ac sibi viam, si quando non acceperit, faciat. Adhibeatur in argumentando varietas & jucunda quædam distinctio, & figuris verborum & ornamentis sententiarum argumentatio expoliatur. Quò fuerit enim uberior ac svavior, eò etiam erit credibilior. Nunc sequitur, ut de Peroratione dicamus.

Cic. in
part.

De Peroratione.

CAP. XXVII.

Cic. in
part.

EXTREMA pars orationis est Peroratio, que
divisa est in duas partes, *amplificationem*

& *eth-*

& *enumerationem*. Agendi autem, & hic est proprius locus in perorando, & in ipso cursu orationis declinationes ad amplificandum dantur, confirmatâ re aliquâ, aut reprehensâ. Omnes enim affectus, etiam si quibusdam videntur in proœmio atq; peroratione sedem habere, in quibus sanè sunt frequentissimi, tamen aliæ quoq; partes recipiunt, sed breviores, ut cum ex his plurima sint reservanda.

At hic, si usquam, totos eloquentiæ aperire fontes licet: hic deniq; efficiendum est oratori, ut non modò auditores, qui suâ sponte se dant, & quò impellit ipse, inclinant atq; propendent, penitus incitentur, sed ut quietos etiam & languentes possit vi orationis permovere. In quo et si plus est operis, tantam vim habet tamen illa, quæ rectè à bono Poëta dicta est, *Flexanima* atque omnium regina rerum oratio, ut non modò inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam adversantem & repugnantem, ut Imperator bonus ac fortis, capere possit. Quod usque eò magnum est atque præclarum, usque eò admirabile, ut in eo pænè sint omnia.

Ad id autem consequendum, quæ superiori libro de amplificatione dicta sunt, valde conducunt: sed illud caput est, in quo optimi & gravissimi auctores unâ voce consentiunt, ut omnes animi motus, quos orator adhibere volet auditoribus, in ipso oratore impressi sint atq; iniusti. Neq; enim facilè est perficere, ut incitentur alii, nisi is, qui dicit, his ipsis sensibus, ad quos illos adducere vult, permoveatur. Ut enim nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quæ, nisi admoto igni, ignè concipere possit: sic nulla mens est tam ad comprehendendâ vim oratoris

para-

Quintil.
lib.4. c.1.

Cicer.
2. de orat.
Quintil.
lib.7. c.4.

etiam in

& rationem
aperta etiam
empla sub
hæc. Quo
illigatissim
um & enthy
Dialecticis
illis actioni
longè aliter
osa vult esse
actar, si con
unum prope
contemptum
servitute,
rudine fasti
emittis, sed
istis collib
otis vallibus
n accepit,
ndo varietas
figuris ver
m argumen
uberior ac
Nunc sequi

Perorationem
amplificandam
lib.

Quintil.
lib. 6. c. 2.

parata, quæ possit incendi, nisi inflammatus ipse ad eam & ardens accesserit: Primum est igitur, ut apud eum, qui dicit, valeant ea, quæ valere apud auditores volet, afficiaturque prius quam efficere conetur. Nihil autem opus est simulatione & fallaciis, ut toties omni animi motu concitetur orator. Ipsa enim natura orationis ejus, quæ suscipitur ad aliorum animos permovendos, oratorem ipsum magis etiam, quam quenquam eorum, qui audiunt, permovet. Miram etiam vim habet in hoc ipsum imagines rerum absentium ita complecti animo, ut eas cernere oculi, ac præsentibus habere videamur, has quisquis bene conceperit, is erit in affectibus potentissimus.

Cicer.
In part.

Hæc, quæ dicta sunt, vera esse indicant multæ Ciceronis perorationes: ut pro Milone, ubi ait: Sed finis sit: neque enim præ lachrymis jam loqui possum, & hic se lachrymis defendi vetat. Et pro Cato Rabinio Posthumo. Sed jam quoniam, ut spero, fidem quam potui, tibi præstiti Posthume, reddam etiam lachrymas, quas deo, & paulò post: Jam indicat tot hominum fletus, quam sis charus tuis, & me dolor debilitat, includitque vocem. Aliis autem affectibus, aliæ ejusdem perorationes sunt plenæ.

Quintil.
lib. 6. c. 1.

Enumeratio autem nonnunquam laudatori, svasori non sæpe, accusatori sæpius quam reo est necessaria. Hujus tempora duo sunt, si aut memoriæ, diffidas eorum, apud quod agas, vel intervallo temporis, vel longitudine orationis: vel si frequentatis firmamentis, vim est habitura causa majorem. Quæ autem repetimus, quam brevissimè dicenda sunt, & quod græco verbo patet, decurrendum per capita, nam si
mora-

morabimur, non jam enumeratio, sed altera *αραξισα-*
 quasi fiet oratio. Quæ autem enumeranda erunt, *γαισσι.*
 cum pondere aliquo dicenda sunt, & aptis ex-
 citanda sententiis, & figuris utique varianda,
 alioqui nihil est odiosius rectâ illâ repetitione, Cicer.
 velut memoriæ auditorum dissidentis. Est etiam In part.
 in enumeratione vitandum, ne ostentatio me-
 moriæ suscepta, videatur esse puerilis.

DE ARTE R H E T O R I C A,

L I B E R I I I.

DE ELOCUTIONE.

C A P U T I.



PROXIMO libro ratio
 inventa collocandi, at-
 que disponendi explicata Cicer.
 est. Hic jam elocutionis In orat.
 rationem tractabimus,
 in qua oratorem excelle-
 re, cætera in eo latere,
 indicat nomen ipsum.
 Non enim inventor, aut
 compositor, aut actor hæc complexus est
 omnia, sed & græcè ab eloquendo Rhetor, & Quint. l. 8.
 latine eloquens dictus est. Cæterarum enim re- in proam.
 rum, quæ sunt in oratore, partem aliquam sibi
 quisque

quisque vendicat: dicendi autem, id est, eloquendi maxima vis huic soli conceditur.

Eloqui autem est, omnia, quæ mente conceperis, promere, atque ad audientes proferre. Sine quo supervacua sunt priora, & similia gladio condito, atque intra vaginam suam hærenti. Hoc itaque maximè docetur: hoc nullus nisi arte assequi potest, hoc studium adhibendum, hoc exercitatio petit, hoc imitatio, hæc omnis ætas consumitur, hoc maximè orator oratore præstantior. Ideoque M. Tullius inventionem quidem ac dispositionem prudentis hominis putat, eloquentiam oratoris.

2. de orat.
In orat.

Eum autem eloquentem, id est, in eloquendo excellentem putat, qui ita dicit, ut *prober*, ut *delectet*, ut *fleat*. Sed probare necessitatis est, delectare suavitatis, fletere verò victoriæ. Hoc cum ita sint, meritò tertius hic liber, qui elocutionis præcepta continet, ut duobus superioribus utilior est, sic etiam erit aliquantò longior.

Qua in elocutione spectanda sint.

C A P. II.

2. de orat.

HÆc in elocutione spectanda sunt, ut *latinè*, ut *planè*, ut *ornatè*, ut ad id quodcunque ageretur *aptè*, congruentèq; dicamus. De ratione puri dilucidique sermonis, etsi permagnam eam facere debemus, cum verborum delectus origo sit eloquentiæ, locus hic præcipiendi non est. Nam traditur litteris doctrinæque puerili, consuetudine sermonis quotidiani, & lectione veterum oratorum & Poetarum confirmatur. Reliquas igitur duas partes, quibus omnis admiratio ingenii, omnis laus eloquentiæ continetur, & explicemus: quæ duæ partes, illustrandæ ora-

orationis, ac totius eloquentiæ cumulandæ; quarum altera dici postulat ornatè, altera aptè, hanc habent vim, ut si quàm maximè jucunda, quàm maximè in sensus eorum, qui audiunt, infuat; & quàm plurimùm sit rebus instructa.

De Ornatu.

C A P. III.

ORNATUR igitur oratio genere primùm, & quasi colore quodam & succo suo: nam ut gravis, ut suavis, ut erudita sit, ut liberalis, ut admirabilis, ut polita, ut sensus, ut dolores habeat, quantum opus sit, non est singulorum articulorum, in toto spectantur hæc corpore. Genus igitur dicendi est eligendum, quodd maximè teneat eos, qui audiunt, & quod non solum delectet, sed etiam sine facietate delectet. Sed volenti ornatè dicere, diligentissimè silva rerum primùm sententiarumque comparanda est. Rerum enim copia, verborum copiam gignit: & si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, existit ex rei natura quidam splendor in verbis, facilèque supeditat omnis apparatus ornatúsque dicendi.

3. de orat.

De ornatu orationis.

C A P. IV.

OMNIS oratio conficitur ex verbis, quorum primum nobis ratio simpliciter videnda est, deinde conjunctè. Nam est quidam ornatus orationis, qui ex singulis verbis est, alius, qui ex

3. de orat.

In part.

Quintil.

lib. 8. c. 13.

conti-

continuatis conjunctisque constat. Ergo utemur verbis, aut iis, quæ *propria* sunt, & certa quasi vocabula rerum, pænè una nata cum rebus ipsis; aut iis, quæ *transferuntur*, & quasi alieno in loco collocantur; aut iis, quæ *novamus*, & facimus ipsi.

De verbis simplicibus.

C A P. V.

3. de orat.
In part.

VERBA simplicia naturâ sunt, alia consonantiora, grandiora, leviora, & quodam modo nitidiora, alia contrâ. *Consonantiora* enim sunt, quanquam, moderatio, & concertare: quàm, etsi modestia, & configere. *Grandiora*, immanis, contrucidare, optimus, officiosissimus: quàm hæc; magnus, necare, bonus, officiosus. *Nitidius*, etiam bos, quàm vacca. Ut syllabæ autem de litteris melius sonantibus clariores sunt, ita verba è syllabis magis vocalia: & quò plus quæque spiritûs habet, eò pulchrior: & quod facit syllabarum, idem verborum quoque inter se copulatio, ut aliud alii junctum melius sonet.

Quintil.
lib. 9. c. 3.

In universum quidem optima simplicium creduntur, quæ aut maximè exclamant, aut sono sunt jucundissima. Et honesta quidem turpibus potiora semper, nec sordidis unquam in oratione erudita locus. Clara verò ac sublimia materiæ modò cernenda sunt.

Cicero.
& Quintil.

Quod enim alibi magnificum, tumidum alibi, & quæ humilia circa res magnas, apta circa minores videntur, & sicut in oratione nitida, notabile est humiliter verbum, & velut macula,

la, ita à sermone tenui sublime nitidumque discordat, fitque corruptum, quia in plano tumet. Sed hæc ferè aurium quodam judicio sunt ponderanda, in quo consuetudo etiam bene loquendi valet plurimum: Sed quoniam tria sunt in verbo simplici, quæ orator afferat ad illustrandam, atque exornandam orationem, aut inusitatum verbum, aut notatum, aut translatum: de singulis breviter dicamus.

ex Arist.
Rhet. lib.
3. cap. 2.

De verbis inusitatis.

C A P. VI.

INUSITATA sunt prisca ferè ac vetusta, & ab usu quotidiani sermonis jamdiu intermissa, quæ sunt Poëtarum licentiâ liberiora, quàm oratorum, eoque ornamento acerrimi judicii. P. Virgil. unicè usus est, olli, enim, & quia nam, & ponè, & pellucet, & aspergunt illam, quæ etiam in picturis est gravissima, vetustatis inimitabilem arti auctoritatem. Habet etiam in oratione poëticum aliquod verbum dignitatem, si rarò etiam & in loco adhibeatur. Neque enim est, cur illud quisquam fugiat dicere, ut *Cœlius, sobolem*, aut *assari*, aut *nuncupari*, & alia multa: quibus loco positis grandior atque antiquior oratio sæpe videri solet.

3. de orat.
Quintil.
lib. 8. c. 13.
Æncid. 1.
& 2.

De verbis novis.

C A P. VII.

NOVANTUR autem verba, quæ ab ipso, qui dicit, gignuntur ac fiunt, aut similitudine,

In part.
De Orat.
3.

aut

Ad Att. l.
9. in epist.
12. Lib.
26. ab ur-
be cond.
Lib. 4. car.
Ode 7. Ge-
org. 2. & 9.
Æneid.

aut imitatione, aut inflexione, aut adjunctio-
ne, verborum. *Similitudine*, ut *syllaturit*, à Ci-
cerone formatum est: & ab Asinio *simbrinatavit*
ad similitudinem verbi proscripserunt: & à Li-
vio *sobolescere*, ab Horatio *iuvenscere*, à Virgi-
lio *lentescere* & *ignescere* dictum est ut ferve-
re. *Imitatione* facta sunt *tinnio*, *rugio*, *clangor*,
murmur, aliæque permulta. *Inflexione*, ut à bi-
bo, *bibosus* inflexit Laberius Mimographus:
*Adjunctio*ne, *versusiloquus*, & *expektorare* nova-
vit Ennius.

Quintil.
lib. 8. c. 3.

Sed Græcis magis concessum est fingere, au-
dendum tamen aliquando, & si quid pericu-
losus, fixisse videbimur, quibusdam reme-
diis præmuniendum est: ut ita dicam. Si licet
dicere. Quodammodo. Permite mihi sic di-
cere. In quo non falli iudicium nostrum, so-
licitudine ipsâ manifestum erit. Nunc, quo-
niam de verbis inusitatis & novis dictum est,
detropis, nam illis verba transferuntur, ex-
ponamus.

De Tropis.

C A P. VIII.

Quintil. l.
2. cap. 3.

TROPUS est verbi, vel sermonis à propria si-
gnificatione in aliam, cum virtute mutatio:
ut enim dicimus; lætas segetes: verbum lætum,
à propria significatione, quâ lætos homines di-
cimus, ad segetes cum virtute transfertur. Sunt
autem tropi numero undecim. In uno verbo
septem, Metaphora, Synecdoche, Metonymia,
Antonomasia, Onomatopœja, Cata-
chresis, Metalepsis. In oratione verò quatuor:
Allegoria, Periphrasis, Hyperbaton & Hy-
perbo-

74 DE ARTE
dium fontem ejus gloriæ vocat, & alio loco segetem ac materiam.

Illud autem admirandum videtur, quid sit, quòd omnes translatis & alienis magis delectantur verbis, quàm propriis & suis. Nam si res suum nomen, & proprium vocabulum non habet, ut pes in navi, & in vite gemma, necessitas cogit, quod non habeas aliunde sumere: sed in suorum verborum maxima copia tamen homines aliena multò magis, si sunt ratione translata, delectant. Causa autem illa est, quòd translatio est similitudo ad unum verbum contracta, similitudine autem mirificè capiuntur animi. Eo tamen distat, quòd illa comparatur rei, quam volumus exprimere, hæc pro ipsa re dicitur. Comparatio est, cùm dico fecisse quid hominem, ut leonem: translatio, cùm dico de homine, leo est.

Arist. 6. in
Top. c. 2. &
Rhet. l. 7.
cap. 4.

Quintil.
lib. 8. c. 6.
& Cicero.
3. de orat.

Quosuplex est translatio.
CAP. X.

METAPHORÆ autem vis omnis quadruplex est. Cùm in rebus animalibus aliud pro alio ponitur; ut Livius Scipionem à Catone allaturari solitum refert. In animo pro aliis generis eiusdem sumuntur, ut concentu virtutum nihil est suavius. Aut pro rebus animalibus inanimata, ut:

Æneid. 1.
Æneid. 2.

Duo fulmina belli.

Scipiadas. Aut contra.

Sedet inscius alto

Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

Præcipueque ex his oritur mira sublimitas, quæ audaci & proximè periculum translatione tol.

tolluntur, cum rebus sensu carentibus altum quendam & animos datus, qualis est:

Pontem indignatus Araxes.

Æneid. 1.

Et illa Ciceronis: Quid enim tuus ille, Tubero, districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Pro Ligar. cuius lætus ille mucro peribat? qui sensus erat armorum tuorum?

In translatione primùm fugienda est *diffimilitudo*, qualis est in illo Ennii: Coeli ingentes fornices. Deinde videndum est, ne longè simile sit ductum: Syrtim patrimonii, scopulum libentiùs dixerim: Charybdim bonorum, voraginem potiùs. Faciliùs enim ad ea quæ visa, quàm ad illa quæ audita sunt, mentis oculi feruntur. Sunt quædam & humiles translationes, ut, Saxea est verruca: quædam majores quàm res postulat: ut tempestas commestrationis: quædam minores: ut commestatio tempestatis. Ut modicus autem atq; opportunus ejus usus illustrat orationem, ita frequens, & obscurat, & tœdio complet: continuus verò in allegoriam, & ænigma exit.

3. de orat.

*Quint. 1. 8
cap. 4.*

Quòd si verecure, ne paulò durior translatio esse videatur, mollienda est præpositio sæpe verbo, ut olim M. Catone mortuo, pupillum Senatam quis relictum dicat: paulò duriùs: sin, *Vt ita dicam*, pupillum, aliquanto mitius est. Etenim verecunda debet esse translatio, ut deducta esse in alienum locum non irruisse, atque precariò, non venisse videatur.

3. de orat.

Diligenter etiam cavendum est, ne omnia quæ Poëtis permessa sunt, convenite oratori putemus: non enim pastorem populi auctore Homero dixerim, nec volucres pennis remigare,

*Quintil.
lib. 9. c. 8.*

*4. Georg.
& Æneid.*

1.

licet

loco fo.

quid sit,
delectan-
tam si res
um non
ma, no-
de sume-
copia ra-
nt ratio-
illa est,
verbum
capiunt
compa-
hæc pro
m dico fo-
antario,

quadru-
at aliud pro
Catone
alio gene-
ratum ni-
alio isani-

trice pabr.
sublimis
a translatione
tol.

licet Virgilius in apibus ac Dædalo speciosissimè sit usus. Modus autem nullus est florentior in singulis verbis, nec qui plus luminis afferat orationi, eoque in illo explicando meritò longiores fuimus.

De Synecdoche.

C A P. XI.

Synecdoche **S**YNECDOCHE tropus est, in quo ex parte totum aut contra: aut ex antecedentibus sequentia intelliguntur. Quæ descriptio octo illos dicitur. modos comprehendit, quibus fit synecdoche, quos gravissimi scriptores tradiderunt. Auctor ad Heren. l. 4. in c. 3. or.

2.

Æneid.

Holtis habet muros.

3.

Vel genus ex forma, id est, parte illi subjecta.

Virg.

Dentesque Sabellicus exacuit sus.

Ge. 3. 4.

4.

Pro quovis sue: *vel ex materia res universa*: quâ ratione & ferrum pro gladio, & pinus pro navi, & aurum atque argentum, pro aurea & argentea pecunia. Cicero: homines instructi, & certis locis cum ferro collocati. *Contra verò & ex toto pars declaratur*, ut in illo Virgiliti.

Pro Cæ-

cin. 5.

Æneid.

2. 6.

Fontemque ignemque ferebant.

De quo genere est, *cum aut è pluribus unus intelligitur*. Cicero ad Brutum, populo, inquit, imposuimus, & oratores usi sumus, cum de se tantum loqueretur: *Aut è genere pars illi subiecta.*

Præ.

*Pradamque ex unguibus ales
Proiecit fluvio, Pro Aquila.*

*Ex antecedentibus sequentia monstrantur; aut cum
ait idem Poëta.*

Aspice aratra iugo referunt suspensa iuveni.

Ut ex his perspicuum est, quæ hoc & proximo capite dicta sunt. *Translatio* permovendis animis plerumque, & signandis rebus, ac sub oculos subjiciendis reperta est. *Synecdocha* variare sermonem potest, ut ex uno plures intelligamus, parte totum, specie genus, præcedentibus sequentia, vel contrà: omnia liberiora Poëtis quàm Oratoribus.

De Metonymia.

C A P. XII.

METONYMIA est tropus, in quo causas per effecta, vel effecta per causas; vel ex eo, quod continet, id quod continetur; vel rem à signo intelligimus. Per causas effecta declaramus, cum inventor, aut alicujus rei auctor pro re inventa ponitur.

Onerantque canistris.

Dona laborata Ceresis.

Hoc modo Platonem, Aristotelem, Demosthenem frequenter pro eorum scriptis ponimus, Cicero lectitasse Platonem studiosè, audivisse etiam Demosthenem dicitur. *Ex effectis autem causa significatur*, cum sacrilegium deprehensum pro sacrilego, & scelus dicimus pro scelerato. Hinc mœstum timorem, tristem senectutem, & pallidam mortem eleganter optimi dicunt auctores.

7. Virgil.
Æneid.
12. 8.
Eclog. 3.
Quinct.
lib. 8. c. 6.

μετωνυμία
Græci
ὀνομα-
σία
Aut ad
Heren. de-
nominati-
onem
appel. l. 4.
Æneid. 8.

Declarat.

Virg. *Mœstumque timorem mittit e.*
 Æneid. *Pallida mors aquo pulsat pede pauperum tabernas.*
 Hor. lib. 1. *Regumque turres.*
 cat. Ode 4. *Ex eo quod continet, id quod continetur, veniſſe etiam intelligitur. Sic bene moratæ urbes vocantur, sic ſæculum felix, sic Roma pro Romanis, Athenæ pro Athenienſibus frequenter ponuntur.*

Virgil. *Calo gratiſſimus amnis, id eſt, Cæleſtibus.*
 Æneid. 7. *Cicero: Ut omittam illas omnium doctri-
 1. de orat. narum inventrices Athenas, in quibus ſumma dicendi vis, & inventa eſt, & perfectæ: Athenas dixit pro Athenienſibus. Huc referuntur etiam illa, cùm ex poſſeſſore res, qua poſſidetur, aut ex duce exercitus ſignificatur.*

Virgil. *Iam proximus ardet*
 Æneid. 2. *Ucalegon, id eſt, Ucalegontis domus.*
Sic hominem devorari, cujus patrimonium conſummitur: & ab Annibale apud Cannas cæſa ſexaginta millia dicimus, id eſt, ab ejus copijs. Ex ſigno denique res demonſtratur: unde toga, quæ pacis erat inſigne & otij, pro pace; & faſces uſurpantur pro magiſtratu.

Virgil. *Non illum populi faſces, non purpura Regum*
 Georg. 2. *Flexit.*
 In orat. *Metonymiam, ut ait Cicero, Rhetores hypallagen vocant.*

De Anthonomaſia.

C A P. XIII.

ANTONOMASIA ponit aliquid pro nomine,
 ut, Eversor Carthaginis & Numantiæ, pro
 Scipione: & Romanæ eloquentiæ princeps,
 pro

pro Cicerone. *Epitheton* autem, siue latinè malis dicere appositum, non est tropus, quia nihil vertit. Necesse est enim semper, ut id quod appositum; si à proprio divideris, per se significet, & faciat Antonomasiam. Nam si dicas, ille qui Carthaginem & Numantiam evertit, Antonomasia est, si adjeceris, Scipio, appositum.

Apposito & frequentius & liberiùs Poetæ utuntur: namque illis satis est convenire verbo, cui apponitur: & ita, Dentes albi, & humida vina, apud eos non reprehenduntur. Apud oratorem, nisi aliquid efficitur, redundat; Tum autem efficitur, si sine illo, quod dicitur, minus est; qualia sunt; ô scelus abominandum, ô deformem libidinem.

Exornatur autem res tota maximè translationibus: Cupiditas effrenata, & insanæ substructiones. Solet etiam fieri alijs adjunctis *Epitheton tropis*; apud Virgil. Turpis egestas, & tristis senectus. Veruntamen talis est ratio hujus virtutis, ut sine appositis nuda sit & velut incompta oratio, ne oneretur tamen multis. Non sit longa & impedita.

Græci.
Auct. ad
Heren.
4. vocat
pronomi-
natio-
nem.

Pro Cluë.
Pro Milo.
Arist. li. 3.
Rhe. ca. 3.
Quintil.
lib. 8. c. 6.

De Onomatopœia.
C A P. XIV.

ONOMATOPOEIA, id est, *scilicet nominis* Græcis inter maximas habita virtutes; Latinis vix permittitur. Ab his tamen plurima sunt per Onomatopœiam posita, qui primi sermonem fecerunt aptantes affectibus nomen. Nam *mugitus* & *sibilum*, & *murmur*, & *vagitus*, aliæque quàm plurima inde venerunt. At

ὄνομα-
τοποι-
α
Græci,
Ant. ad
Heren.
Nomina-
tionem

appellat. nunc rarò & cum magno iudicio hoc genere,
 lib. 4. utendum est, ne novi verbi assiduitas odium
 Quint. pariat, sed si commodè quis eâ utatur, & ra-
 lib. 8. c. 6. rorò, non modò non offendet novitate, sed etiam
 exornabit orationem.

De Cathachres.

C A P. XV.

κατάχρησις **A**BUSIO, quàm *κατάχρησις* appellant, est,
 316. quæ verbo simili & propinquo, pro certo &
 proprio abutitur, hoc modo: vires hominis bre-
 ves sunt, aut parva statura: aut longum in-
 homine consilium: aut uti pauco sermone:
 aut cum grandem orationem pro magna; mi-
 nutum animum pro parvo dicimus, sic Virgi-
 lius.

*Instar montis equum, divinæ Palladis arte. Ædi-
 fican. Et, quin protinus omnia perlegerent oculis.
 Sic pyxides, cujuscunque materiæ sunt: & par-
 ricida, matris quoque aut sororis interfector
 dicitur. Abutitur autem verbis propinquis
 non solum in iis, quæ nomen non habent, ut
 de pyxide, & parricida diximus, sed etiam
 in iis, quæ habent; ut grandis oratio, equum
 edifican, perlegerent oculis, vel quod dele-
 ctat: vel quod licet.*

3. de orat. Sed hoc interest inter abusionem & transla-
 tionem, quod abusio licet impudens non sit,
 est tamen licentior & audacior quàm translatio.
 Ex quo apparet, duos hos tropos ita similes es-
 se, ut tamen sint diversi.

De Metalepsi.

C A P. XVI.

SUPEREST ex his, qui aliter significant, Metalepsis, id est, *transumptio ex alio in aliud velut viam praefans.* Tropus autem est rarissimus, & maximè improprius, Virgil.

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

Gradatim enim ab aristis ad spicas, à spicis ad segetes, ab his ad ætates, ab ætatibus ad annos acceditur. Idem etiam Poëta in 1. lib. Æneid. sic ait.

Speluncisque abdidit atris

Ubi speluncæ nigrae, ac per hos crassis & obscuris tenebris circumfusæ, ad extremum denique infinita altitudine depressæ intelliguntur.

De Allegoria.

C A P. XVII.

A LLEGORIA quam *inversionem* interpretamur, aliud verbis, aliud sensu ostendit, ac etiam interim contrarium.

Aliud Virgilius.

Sed nos immensum spaciis confecimus aquor.

Et iam tempus equum spumantia solvere colla.

Habet usum talis allegoriæ frequenter orator, sed rarò totius, plerumq; apertis permista est. Tota apud Cic. talis est. Hoc miror enim, quatuorque quenquam hominem ita pessundare alterum verbis velle, ut etiam navem perforet, in

μεταληψις.
In part.
Quintil.
lib. 8. c. 6.
Eclogi. 1.

αλλεγορια, Græci
Auctor. ad
Her. Per-
mutatio-
nem vocat
lib. 4.
Georg. 2.
Cic. apud
Quintil.

lib. 8.
cap. 6.

Pro Mi-
lonc.

Pro Mur.

qua ipse naviget. Illud commistum frequentis-
simum: Equidem cæteras tempestates, & pro-
cellas in illis duntaxat fluctibus concionum,
semper Miloni putavi esse subeundas. Nisi ad-
jecisset fluctibus concionum, esset allegoria:
nunc eam miscunt: *Illud verò longè speciosissimum
genus orationis, in quo trium permista est gratia,
similitudinis, allegoria, & translationis.* Quod
fretum, quem Euripum, tot motus tantas, tam
varias habere putatis agitationes fluctuum,
quantas perturbationes & quantos æstu habet
ratio comitorum? Dies intermissus unus, aut
nox interposita sæpe perturbat omnia, & to-
tam opinionem parva nonnunquam commutat
aura rumoris.

Nam id quoque in primis est custodiendum,
ut quo genere cœperis translationis, hoc desi-
nas. Multi enim cum initium à tempestate
sumpserunt, incendio aut ruina finiunt, quæ
est inconsequentia rerum foedissima. Cæterum
Allegoria parvis quoque ingenijs, & quoti-
diano sermone frequentissimè servit. Nam illa
in agendis causis trita: Pedem conferre; & ju-
gulum petere; & sanguinem mittere, inde sunt.

Enigma
est obscu-
rior Alle-
goria E-
clog. 3.

Allegoria, quæ est obscurior, *anigma* dici-
tur, vitium profectò, siquidem dicere diluci-
dè virtus; quo tamen & Poetæ utuntur.

*Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo:
Tres pateat cæli spatium non amplius ulnas.*

Et oratores nonnunquam: ut in Triclinio Coa;
in cubiculo Nola.



De Ironia.
C A P. XVIII.

IN genere, quo contraria ostenduntur, ironia est, quam *illusionem* vocant, qua non solum aliud sensu, aliud verbis ostendis, sed contrarium. Ea, aut pronuntiatione intelligitur, aut persona, aut rei natura. Nam si qua earum verbis dissentit, apparet diversam esse orationi voluntatem. Cic. in Clod. Integritas tua te purgavit, mihi crede, pudor eripuit, vita ante acta servavit, & Turnus apud Virg.

--- Meque timoris.

*Argue tu Drance, quando tot cadis acervos
Tenevorum tua dextra dedit.*

De Periphrasi.
C A P. XIX.

CUM pluribus verbis, id quod uno aut paucioribus dici potest, explicatur, periphrasin vocant circuitum loquendi, qui est apud Poetas frequentissimus. Ut,

*Tempus erat, quo prima quies mortalibus agris
Incipit, & dono dicum gratissima serpit:*

*Et iam summa procul villarum culmina fumant,
Majoresque cadunt altis de montibus umbra.*

Et apud oratores non rarus, semper tamen astrictior: quicquid enim significari brevius potest, & cum ornato latius ostenditur, periphrasis est. Verum hæc, ut cum decorem habet, Periphrasis, ita cum in vitium incidit, *perissologia* dicitur: obstat enim, quicquid non adjuvat.

Εἰρωνεία,
Græci *illusionem* vocant, & *disimulationem* Latini, Auct. ad Her. lib. 4. vocat. *permutationem*. Arist. Rhe. Alex. c. 20. & Quint. lib. 8. c. 6. *Æneid.* 11. *Πῆσι ὀπαεῖς.*
Circuitio est. Auctor. ad Her. lib. 4. *Æneid.* 2. Virg. Ecl. 1. Quint. lib. 8. c. 5. Periphrasi contraria est *perissologia*.

res, tam dissipatas, tam distantibus in locis Philip. 2.
 positas, tam citò absorbere potuisse. Illud Vir-
 gili ad minuendum :

Vix ossibus harent.

Sed tam in augendo quàm in minuendo ser- Eclog. 3.
 vetur mensura quædam. Quamvis est enim,
 omnis hyperbole ultra fidem, non tamen esse
 debet ultra modum.

De ornatu qui est in verbis coniunctis.

C A P. XXII.

SEQUITUR continuatio verborum, quæ 3. de orat.
 duas res maximè, collocationem primùm,
 deinde modum quendam formamque desiderat.
 Tum & verbis & sententiis oratio conforman-
 da est, de quibus post tropos aptissimè dicemus,
 deinde de collocatione, postremò de modo &
 forma, id est, numeris, qui sunt adhibendi in
 oratione, differemus.

De Figuris.

C A P. XXIII.

FIGURA (sicut nomine ipso patet) est confor- Quint. lib.
 matio quadam orationis remota à communi, & 9. cap. 1.
 primum se offerente oratione. Differt autem à tropis
 figura, quia propriis verbis figura fieri potest,
 quod in tropis non cadit ut, Fuit hoc quon-
 dam, fuit proprium pop. Romani: figura est
 in verbo geminato, in sua significatione perma-
 nente. Illud tamen notandum, coire frequen-
 ter in eandem sententiâ & tropum, & figuram:

D 5 Tam

Tam enim translatis verbis, quàm propriis figuratur oratio; ut, qui spem Catilinæ molli-
bus sententiis aluerunt, conjurationemque
nascentem corroboraverunt. *Aluerunt*, & *cor-
roboraverunt* translata sunt, & similiter desinen-
tia, similiterque cadentia.

De generibus figurarum.

C A P. XXIV.

SICUT omnem orationem, ita figuris quoque
necesse est versari in sensu, & in verbis. Ut
verò natura prius est, concipere animo res,
quàm nuntiare: ita de iis figuris antè loquen-
dum esset, quæ ad mentem pertinent, sed faci-
litate secuti, de figuris verborum prius dice-
mus. *Est autem verborum exornatio, quæ ipsius ser-*

monis insignis a continetur perpositione.

Auctor. ad
Heren. lib.

4.

Inter conformationem verò verborum & sen-
tentiæ hoc interest, quòd verborum confor-
matio tollitur, si verba mutatis; sententiæ
permanet, quibuscunque verbis uti velis: ut,
Nunc verò quid agat, quid molliatur, quid de-
nique quotidie cogitet, quem ignorare nostrum
putat? Repetitio est verborum figura & inter-
rogatio, figura sententiæ: persæpe enim
unus & idem locus & verborum & sententiæ
ornamentis illuminatur. Muta verba: Quid
agat, & molliatur, ac denique quid cogitet,
quem ignorare nostrum putat? semperque per-
manebit, quibuscunque verbis uti velis.

Sed quoniam parum inter auctores convenit,
de numero & nominibus figurarum, & in eo
etiam magna discrepantia est, quòd aliquæ à
qui-

quibusdam inter verborum ponuntur, quæ ab alijs inter sententiarum ornamenta numerantur, nos mediam viam secuti, ea, de quibus gravissimorum scriptorum major consensus est, explicabimus.

Quot modis fiant figura verborum.

C A P. XXV.

FIGURÆ verborum tribus maximè fiunt modis; per adjectionem, detraktionem, & similitudinem. Per *adjectionem*; ut Cic. pro Milone: Occidi, occidi non Sparium Melium: quo loco verbum, (occidi) figuratè geminatum est. Per *detraktionem* etiam fiunt figuræ, in quibus multum est venustatis, Cic. in Catilin. Abiit, excessit, erupit, evasit: ubi conjunctiones prætermittuntur. Sed tertium genus figurarum, quod quandam vocum habet *similitudinem*, & aures præcipuè in se vertit, & animos excitat. Cic. in orat. Itaque efficis, ut cum *gratia* causa nihil facias, omnia tamen sunt *grata*, quæ facis.

Quintil.
lib. 9. c. 3.

Inveſt. 2.

In orat.

De figuris, quæ fiunt per adjectionem.

C A P. XXVI.

REPETITIO est, cum ab eodem verbo ducitur *ἀναρροα*, *ἀναρροα*, vel ut Cicero describit: Est *ἑπιβολή*, ejusdem verbi crebra à primo repetitio. Quod *ἀναρροα*, acriter & instanter fit, Cic. in Catil. *ἑπιβολή*, Nihil agis, Auctor. ad Her. lib. 4. nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modò *ἑπιβολή*, Inveſt. 1. audiam, sed etiam videam, planèq; sentiam. Idem *ἑπιβολή*, Quint. lib. contra Rullum: Quid enim est tam *ἑπιβολή*, 9. c. 3. *populare*, quam

D 6 quàm

De orat. 3. quàm pax? quàm non modò ij, quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta, atque agri mihi letari videntur. Quid tam populare, quàm libertas? quàm non solùm ab hominibus, verùm etiam à bestiis expeti, atque omnibus rebus anteponi videtis. Quid tam populare quàm otium? quod ita jucundum est, ut & vos, & majores vestri & fortissimus quisque vir maximos labores suscipiendos putet, ut aliquando in otio possit esse, præsertim cum imperio ac dignitate.

Ε'πιτροπα

vel

ἀντιτροπα

Philip. 2.

συμπλο-

xii.

In orat. ad

populum.

ἀναδιπλα-

σι, vel E-

πιπλαυ-

ψis.

Cic. de or.

Iterationē

vocat.

Invect. 1.

Lib. 5. ac-

cu.

Converso est, cum in idem verbum conyicitur sapiens oratio. Cic. in Antonium: doletis tres exercitus populi Romani interfectos? interfecit Antonius. Desideratis clarissimos cives? eos quoque eripuit vobis Antonius. Auctoritas hujus ordinis afflicta est? afflixit Antonius.

Complexio est; quæ repetitionem & conversionem complectitur. Qui sunt, qui sædera sæpe rupe- runt? Carthagenenses. Qui sunt, qui crudele bel- lum in Italia gesserunt? Carthagenenses. Qui sunt, qui Italiam deformaverunt? Carthagenen- ses. Qui sunt, qui sibi postulant ignosci? Car- thagenenses. Cic. pro lege Agraria. Quis legem tulit? Rullus. Quis majorem populi partem suf- fragiis privavit? Rullus. Quis comitiis præ- fuit? idem Rullus.

Conduplicatio est verborum geminatio, quæ ha- bet interdum vim, leporem aliàs. Geminantur autem verba modis pluribus, aut enim adiungi- tur idem iteratum, ut Cic. in Cat. Vivis & vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Aut idem ad extremum refertur: Cic. in Verrem. Multi & graves dolores in- venti parentibus, & propinquis multi. Aut con- tinens unum verbum non in eadem sententia-
poni.

ponitur: Cic. pro Ligario; Principum dignitas erat pene *par*, non *par* fortasse eorum, qui sequebantur. *Aut post aliquam interiectionem reperitur.* Cic. *Bona*, miserum me (consumptis enim lachrymis tamen infixus animo hæret dolor) *bona* inquam Cn. Pompeij Magni, acerbissimæ voci subjecta præconis. *Possunt quoque media respondere, vel primis*, ut Virgil.

Te nemo Agnizia, vitrea te Fucinus Vnda.
Vel Vltimis. Cic. in Ver. Hæc navis onusta præda Siciliensi: cum ipsa quoque esset ex præda.

Interim sententia tota reperitur. Cic. in eodem libro: Quid Cleomenes facere potuit (non enim possum quemquam insimulare falsò) Quid, inquam, Cleomenes magnopere facere potuit? ille verò apud Cic. locus est pulcherrimus, in quo & primo verbo longo intervallo; redditum est ultimum, & media primis, & medijs ultima congruunt. Vestrum jam hic factum reprehenditur, P. C. non meum, ac pulcherrimum factum, verum ut dixi non meum, sed vestrum.

Transductio est eiusdem verbi crebrius positi, quadam distinctio, quæ facit, ut, cum idem verbum crebrius ponatur; non modò non offendat animù, sed etiam concinniore orationem reddat, hoc pacto. Qui nihil habet in *vita* jucundius vitæ: is cum virtute vitam non potest colere. Item: cum tu *hominem* appellas, qui si fuisset homo, nunquam tam crudeliter vitam hominis petisset? At erat *inimicus*, ergo inimicum sic ulcisci voluit, ut ipse sibi reperiretur inimicus. Item *Divitias* sine diutium esse, tu verò virtutem præfere divitiis: nam si voles divitias cum virtute comparare, vix satis idoneæ tibi videbuntur divitiæ, quæ virtutis pedissequæ sint.

Philif. 2.

Æneid. 7.
Lib. 5. accu.Π. 109
Græcè dicitur lib. c.
4. ad Heren.

Ex eodem genere exornationis, cum idem verbum modò ponitur in hac, modò in altera significatione hoc modo: Cur eam rem studiosè curas, quæ multas tibi dabit curas? Item; amari jucundum est, si curetur ne quid insit amari. Item. Veniam ad vos, si mihi senatus det veniam. Sed hoc posterius traductionis genus meritò Quint. etiam in jocis frigidum videtur.

πολυπ-
τοτον.

Casuum
commuta-
tio. Auct.
ad Her. lib.
4. Cic. de
or. Quint.
lib. 9. c. 5.
De Arusp.
respon.
Pro Arch.
Pro Cæcin.
Auctor ad
Her. lib. 4.

πολυπτοτον, quod in multis casibus ponitur, casuum commutatio Latine dicitur. Fit aut

in uno verbo, aut in pluribus: In uno, apud Cic. homines te propter pecuniam iudicio liberarunt, hominibus injuria tui strupi dolori non fuit. Homines tibi arma, alii in me. alii post in illum invictum civem dederunt: hominum beneficia prorsus concedo tibi. Et pleni sunt omnes libri, plenæ sapientum voces, plena Exemplorum vetustas.

Et, non minus nunc in causa cederet A. Cæcinnæ Sex. Ebutii impudentiæ, quam tum in vi facienda cessit audaciæ. Casus enim, paulò aliter quàm Grammatici, Rhetores appellant, ut sint etiam verborum tempus ad significandum sui casus. In pluribus: ut Tib. Gracchum Remp. administrantem, indigna prohibuit lex diutius in ea commorari. C. Graccho similiter occasio oblata est, quæ Reipub. virum amatissimum subitò de sinu civitatis eripuit. Saturninum fide captum malorum perfidia per scelus vita privavit. Tuus, ò Druse, sanguis domesticos parietes, & vultum parentis aspersit: Sulpitio, cui paulò antè omnia concedebant, cum brevi spatio non modò vivere, sed etiam sepeliri prohibuerunt. Qui casuum commutationem cum Traductione junxerunt, aut

aut Annominationi subjecerunt, magnoperè mihi videntur errasse.

Synonymia est, cum verba idem significantia congregantur. Quæ cum ita sint, Catilina, perge Invect. 1. quo cœpisti, egredere aliquando ex urbe, patient portæ, proficiscere. Et alio loco: Abiit, Invect. 2. excessit, erapit, evasit. Nec verba modò, sed Pro Milone. sensus quoque idem facientes acervantur. Perturbatio istum mentis, & quædam scelerum offusa caligo, & ardentes furiarum faces excitant.

Polysyndeton est schema, quod coniunctionibus abundat. Tectumque latemque.

Armæq; Amycleumq; canem, Cresiamq; pharetram.

Gradatio repetit, que dicta sunt, & priusquam ad aliud descendat, in prioribus resistit, vel, ut cum Cicerone definiamus: Gradatio est, cum gradatim sursum versus reditur, ut; Africano virtutem industria, virtus gloriam, gloria æmolos comparavit. Cicer. pro Milone. Neque verò se populo solum, sed etiam Senatui commisit: nec senatus modò, sed publicis præsiidiis & armis: neque his tantum, sed etiam ejus potestati: cui senatus totam Rempubl. commisit. In tertio loco, cum dicendum fuisset: nec publicis præsiidiis & armis tantum; consulto quoniam id longum erat & insuave, pro eo dixit: neque his tantum. Hæc figura apertio-rem habet artem & magis affectatam, ideòque rarior esse debet.

Πολυσύνδετον.

Δεσφον.

3. Georg.

κλίμαξ.

Quinct.

lib. 9. c. 2.

De figuris verborum, quæ sunt per detractionem.

CAPUT XXVII.

συνεδο-
χία.
Quintil.
lib. 9. c. 3.
& 8. cap. 6.

SEQUUNTUR figuræ, quæ per detractionem fiunt, quæ brevitatis novitatisque maximè gratiâ petuntur, quarum una est, *Synecdoche*, non tropus ille, de quo dictum antea est, sed verborum figura, cum *subtrahitur verbum aliquod factis ex cæteris intelligitur*: quod inter vitia Eclipsis vocatur: ut *Cælius in Antonium*: stupere gaudio Græcus: subauditur enim, *cæpit*: *Cicero ad Brutum*: sermo nullus: scilicet, nisi de te. Quid enim potius? simul intelligitur in priori quidem parte (est) in posteriori verò (faciamus) aut aliquid simile.

Synecdoche differt ab Aposiopesi.

Differt ab *Aposiopesi*: quæ sententiarum est exornatio, quod in ea unum verbum & manifestum quidem desideratur: ut in superiori exemplo, & illo etiam Ciceronis: *Data Lupercalibus*, quo die *Antonius Cæsari*: ubi nihil aliud intelligi potest, quàm hoc; *diadema imposuit*. At in *Aposiopesi*, aut incertum est, quod tacetur, aut certè longiore sermone explicandum.

δὲ λυτῶν,
αὐτὸ δὲ λυτῶν.
In orat.
Auctor ad
Her. 1. 9. c.
3.
De prov.
coni.

Dissolutio est, cum demptis coniunctionibus dissolutè plura dicuntur. *Cicer.* Si in ejus tutela *Gallia*, cujus virtuti, fidei, felicitati commendata est. *Apta est hæc figura, non in singulis modò verbis, sed sententiis etiam, ut Cicero, pro Archia.* Hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversus perfugium ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

Dif.

Dissolutionis autem & Polysyndeti fons unus est, quia acriora faciunt & instantiora, quæ dicuntur, & vim quandam præ se ferentia velut sæpius erumpentis affectus. Qui dissolutionem & articulum idem esse putant, falluntur, cum articulus & in quarto ad Heren. ac apud Cicéronem idem sit, quod incisum.

Adiunctio, in qua unum ad verbum, quod primum aut postremum collocatur, plures sententiæ referuntur, quarum unaquæque desideraret illud, si sola poneretur. Fit autem præposito verbo, ad quod reliqua respiciant, hoc modo: Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia: Aut illato, quo plura clauduntur: Nec enim is es Catilina, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore revocavit. Medium quoque potest esse quædam & prioribus, & sequentibus sufficiat, ut formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate. Quod cum sit, Coniunctio figura est.

Disiunctio (quam perspicuitatis gratiâ quoniam superioribus contraria est, hoc loco tradimus) est, cum eorum, de quibus dicimus unumquodque certo concluditur verbo. Cicero pro Archia: Me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, Judices, ut ab illis nullo me unquam tempore, aut commodum, aut otium meum abstulerit, aut voluptas avocaverit, aut denique somnus retardaverit. Et in eadem oratione: Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi verò suum esse confirmant.

Ἐπιεικεία est, quæ dicitur adversus colli. Ἐπιεικεία est, hoc modo: Tam deest avaro, quod habet, quam quod non habet.

3. de orat.
Quintil.
lib. 9. c. 3.
vocat

συνηθη
γλυκοσφ.

Pro Cluen.

πρωτο-

σ Δ γλυκ.

πρω σ Δ

γλυκ.

compre-

hendit

adiunctio

Coniun-

ctio,

μεσοσφ Δ

γλυκ.

Διὰ τὸν

vel ἰπτι-

σ Δ) ἰπτι-

σφ.

Cicer.
2. de orat.
Quint. l. 9.
cap. 3.
Auctor ad
Heren. l. 4.

TERTIUM est genus figuratum, quæ aut similitudine aliquâ vocum, aut partibus, aut contrariis, vertunt in se aures, & animos excitant.

παραγο-

υπερ' α.

Annominatio, quam Græcæ *Paronomasiam* vocât, est, cum paululum immutata verba atque deflexa in oratione ponuntur. Ea multis & variis rationibus conficitur. *Adiectione* hoc modo, Cic. pro Cluentio: Sic in hac calamitosa fama, quasi in aliqua perniciosissima flamma, et; Emit morte immortalitatem. *Detractione* sic; contra eum, qui se legationi immoriturû dixerat, pater Quintiliani: Nô exigo, ut immoriaris legationi. immorare. *Commutatione*, hoc modo: Cic. in Catil. Hanc Reip. pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. *Transfatione*: Videte Judices, utrum homini navo, an vano credere malitis.

Hæc figura levis alioqui, sententiarum pondere implenda est. Meritò igitur illa exempla vitandi potius, quàm imirandi gratia ponit Quintilianus: Avium dulcedo ducit ad avium: & non Pisonum, sed pistorum: pessimum verò: Ne Patres conscripti circumscripti videantur: & ; rarò evenit, sed vehementer venit, aliâque similia.

ὁμοίωσις

τοῦτοῦ.

Auctor ad
Heren. l. 4.
Quintil.
lib. 9. c. 3.

Similiter cadens exornatio est, cum in eadem constructione verborum, duo aut plura sunt verba, quæ similiter iisdem casibus efferuntur, ὁμοίωσις τοῦτοῦ appellat, id est, similem casum, etiamsi dissimilia sint, quæ declinentur: nec tantum in fine deprehenditur, sed respondent vel primæ inter se, vel mediis, vel extremis: vel etiam permutatis his, ut media primis, & summa mediis accom-

accommodentur, & quocunque modo poterunt accommodari. Cicero; Est idem Verres, qui fuit semper, ut ad audendum projectus, sic paratus ad audiendum. Et; Qui in rebus non ita defendatur, ut mediocris Prætor, sed ita laudetur, ut optimus Imperator. Et, Si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro, atque iudicii impudentia valeret, non minus nunc in causa cederet. A. Cæcinnæ, Sex. Ebutii impudentiæ, quam tum in vi facienda cessit audaciæ. Nam in his exemplis casus similes referuntur, audendum audiendum; projectus, paratus; defendatur, laudetur; mediocris Prætor, optimus Imperator; agro, foro, locis desertis, iudiciis; audacia, impudentia; causa, vi facienda; impudentiæ, audaciæ.

Similiter desinens est similis duarum sententiarum vel plurium finis, hoc est, cum orationis membra vel articuli simili exitu terminantur: Cicero: ut ejus semper voluntatibus non modo cives assenserint, socii obtemperarint, hostes obediunt, sed etiam venti, tempestatesque obsecundarint. Non modo ad salutem ejus extinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam. Et; Non minus nunc in causa cederet A. Cæcinnæ, Sex. Ebutii impudentiæ, quam tum in vi facienda cessit audaciæ. Et pro Cluentio: ut & sine invidia culpa plectatur, & sine culpa invidia ponatur.

Differt hæc figura a superiori: est enim similiter cadens tantum casus similis, etiamsi dissimilia sint, quæ declinentur: at similiter desinens in eisdem exitus cadit, ut superiora exempla declarant. Atque eò fit, ut similiter cadens verbis & nominibus tantum confici possit; cum

Accus. in
Ver. lib.
5. accus.

ουοις-
λβτογ.
Pro Manil.

Pro Milo-
ne.

Similiter
cadens, &
similiter
desinens,
quo modo
differant.

simi-

Quintil. *similiter desinens illis etiam, quæ declinari*
 lib. 9. c. 3. *non possunt conficiatur; ut, Eiusdem non est*
& facere fortiter & vivere turpiter. Denique
similiter cadens quovis, ut dictum est, loco,
similiter desinens non nisi in membris & articu-
lis extremis.

Γε'καλον. *Compar Græci vocant Isocolon. habet membra*
 Quintil. 1. 9. *orationis, quæ constant ex pari fere numero syllaba-*
 cap. 1. *rum. Hoc non de enumeratione nostra fiet, nam*
 4. ad He- *id quidem puerile est, sed tantum affert usus*
 ten. *& exercitatio facultatis, ut animi quodam*
sensu per membrum superiori referre possimus.
Cicer. pro lege Manilia: extrema hieme appa-
rruit, ineunte vere suscepit, mediâ ætate con-
fecit. Loquitur autem de bello, quod Pompe-
jus gessit contra Piratas.

Quintil. *Τρι'καλον est, quod è tribus constat mem-*
 lib. 9. c. 3. *bris, ut pro Cluen. Vicit pudorem libido, ti-*
 2. de orat. *morem audacia, rationem amentia: fit etiam*
singulis verbis, ut 2. in Catilin. Abiit, excess-
fit, erupit, evasit.

α'ντι'δ'ε'στω *Contrapositum autem, vel, ut quidam vocant,*
 & α'ντι'δ'ε' *Concensio: ut Cicero loquitur, Contrarium (an-*
 116. *titheton Græcis dicitur) non fit modo. Nam &*
 Pro Cluen. *fit, si singula singulis opponuntur, ut, Vicit pud-*
 1. *rem libido, timorem audacia, rationem amentia,*
 Cic. pro *Et bina binis: Non nostri ingenii, vestri auxilii*
 Cluen. *est. Nec semper contrapositum subjungitur; ut*
 2. *in hoc Cic. pro Milo. Est enim hæc Judices, non*
 3. *scripta, sed nata lex. Verum, sicut Cicero di-*
 2. de orat. *cit, quod de singulis rebus propositis refertur ad*
singula, ut in eo quod sequitur: quam non dili-
cimus, accepimus, legimus, verum ex natura
ipsa attripimus, hausimus, expressimus.

Magnæ veteribus curæ fuit, gratiam dicendi
è qua.

È quatuor his proximis figuris acquirere: Gorgias in hoc immodicus, copiosus utiq; primâ ætate Isocrates fuit. Delectatus est his etiam M. Tullius, verùm & modum adhibuit non ingratae (nisi copia redundet) voluptati, & rem alioqui levem sententiarum pondere implevit. Nam per se frigida & inania affectatio, cum in acres incidit sensui, innata videntur esse, non accersita.

Communicatio est, cum dua sententia inter se dis- ἀντιμυστα-
βωδία, vel
μυσταστικὴ
4. ad Her.
crepantes ex traiectione ita efferuntur, ut à prio-
re posterior, contraria priori proficiscatur; non
ut edam vivo, sed ut vivam edo. Item; Si
poëma loquens pictura est, pictura tacitum
poëma debet esse. Et apud Cicero. Ut & sine in-
vidia culpa plæctatur, & sine culpa invidia
ponatur.

Hæc de verborum figuris dicta sint: in quibus illud notandum est, multas earum cadere frequenter in easdem sententias, idque cum magna venustate. Cicero. Si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque in judiciis impudentia valeret: Compar est similiter cadens: Non minùs nunc, in causa cederet A. Cæcinnæ Sexti Ebutii impudentiæ, quàm tum in vi facienda cessit audaciæ. Compar, similiter cadens, similiter desinens. Accedit & ex illa figura gratia, quæ mutatis casibus verba repetuntur. Non minùs cederet, quàm cessit.

Correctio est, qua corrigis, quod positum est ver- Ἐπιπρό-
σοειν.
4. ad Her.
3. de orat.
Philip. 2.
bum. sed ea fit duobus modis: aut enim prius
verbum causum tollis, ut; Ibi te, cum & il-
lius largitionibus, & tuis rapinis explevisset
(si hoc est explere, quod statim effundas) &;

Atque

Atque hæc cives, (cives, inquam, si hoc nomine eos appellari fas est) de sua patria cogitant.

Aut priori sublato, pro eo id, quod magis idoneum videbitur, repone: ut; Sed stuporem hominis, vel dicam pecudis, attendite, & o hominem fortunatum, qui ejusmodi nuntios, vel potius pegasos, habeat. Alia correctio si sententiae, de qua suo loco dicemus.

ἄπορία, Dubitatio est, cum querere videtur Orator, vel ἄρα, utrum de duobus potius, aut quid de pluribus potissimum dicat: ut, Venio nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat, studium, ut amici Auctor ad Heren. l. 4. ejus morbum & insaniam; ut diculi, latrocinium. Ego quo nomine appellem, nescio, rem s. de orat. vobis propono: vos eam suo nominis pondere l. 4. accus. penditote.

*Quid verborum figura orationi conferant;
& quid in eis cavendum sit.*

C A P. XXIX.

Quintil. lib. 9. c. 3. **S**I quis autem parcè, & cum res poscit, verborum figuris utatur; jucundior faciet orationem. Qui verò immodicè & sine judicio eas adhibuerit, ipsam illam gratiam varietatis amittet. *Danda igitur opera est, ut nec multa sint supra modum, nec ejusdem generis, aut innita, aut frequentes: qui a satietate ut paucitate earum, ita varietate quoque vitatur. Quod de his verborum figuris; quæ nobiles sunt atque insignes, intelligendum est non de illis, quæ valde sunt usitatae ac vulgares, quæ etiam si sunt celebriores, consuetas aures minus feriunt.*

Ridiculum etiam est, neglecto rerum pondere,

re, & viribus sententiarum, inania verba in hos modos depravari. Cum enim figuræ sint quasi quidam gestus orationis, eas sine sententia sectari tam est ridiculum, quam quærere habitum gestumque sine corpore. Non sunt etiam nimis densandæ.

Sciendum verò imprimis, quid quisque in orando postulet locus, quid persona, quid tempus. Major enim pars harum figurarum posita in delectatione, ubi verò atrocitate, invidiâ, miseratione pugnandum est, quis feret contrapositis & pariter cadentibus, & consimilibus irascentem, silentem, rogantem? Cum in his rebus cura verborum derogat affectibus fidem, & ubicunque ars ostendatur, veritas abesse videatur.

De figuris sententiarum.

C A P. XXX.

NUNC res ipsa monet, ut deinceps ad sententiarum exornationes transeamus. *Est autem sententiarum exornatio, qua non in verbis sed in ipsis rebus quantum habet dignitatem.* Atque ea de causa sententiarum ornamenta majora sunt. Quo genere, quis præstat omnibus Demosthenes, idcirco a doctis oratorum est princeps iudicatus. *Schemata* ea vocant Græci, quæ maximè ornant orationem, eaque ut definitio demonstrat, non tam in verbis pingendis pondus habent, quam in illuminandis sententiis. Nec aliud quicquam est dicere, nisi omnes, aut certè plerasque aliqua specie illuminare sententias.

Cic.

2. de orat.

& in orat.

Quintil.

lib. 9. c. 3.

Auctor. ad

Heren. l. 4.

Rufinian.

Aquila &

Rutil.

In orat.

Inter-

rit, non expectat responsum., ut Cicero pro Ligario; Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cum hoc sciret, tamen me, antequam vidit, Reipub. reddidit. Et, domus tibi deerat? at habebat: pecunia superabat? at agebat. Sunt autem interrogandi & respondendi sibi non ingratae vices.

Anteoccupatio, quam Quintilianus *presumptionem*, Græci *prolepsin* dicunt, est, cum id quod obisci potest, occupamus. Huc pertinet illa Ciceronis præmunitio contra Quintum Cæcilium, quod ad accusandum descendat, qui semper defenderit. Verborum quoque vis ac proprietates confirmatur, vel *presumptione*: Quamquam illa non poena, sed prohibitio sceleris fuit. Vel *reprehensione*, quam alii *correctionem* appellant.

Correctio est; quæ tollit sententiam aliquam, & eam aliâ, qua magis idonea videtur, emendat & corrigit. Cicero: Italiam ornare, quàm domum tuam maluit: quamquam Italiâ ornatâ, domus ipsa mihi videtur ornatior. Est etiam *Correctio* in verborum exornationibus, de qua supra dictum est.

Dubitatio est, cum quarimus unde incipiendum, ubi desinendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum sit: Eiusmodi exemplis plena sunt omnia, sed unum interim sufficit Cicero pro Cluentio: Equidem, quod ad me attinet, quò me vertam, nescio; Negem fuisse infamiam iudicii corrupti? & quæ sequuntur, & itaque quò me vertam, nescio, &: quid agam Iudices? quò accusationis meæ rationem conferam; quò me vertam?

Communicatio non procul abest à dubitatione:

αὐτοῖο.

γ' α.

Ἐπο' α. ν. π. σ.

Quint. l. 9.

cap. 2.

Quintil.

ibid.

αὐτοῖο π. α.

σ. π.

Offic. 2.

δ' αὐτοῖο π. α.

σ. π.

Quint. l. 9.

cap. 6.

Pro Ligar.

l. 5. accus.

αὐτοῖο ἰ. α.

ne: *cum aut ipsos adversarios consulimus*: Cicer. Quint. l. 8. Tu deniq; Labiene, quid faceres tali in re ac cap. 2. tempore? cum ignavia ratio te in fugam atq; in latebras impelleret: improbitas & furor L. Saturnini in Capitolium arcesseret; Consules ad patriæ salutem, ac libertatem vocarent: quam tandem auctoritatem, quam vocem, cujus sectam sequi; cujus imperio parere potissimum velles? *Aut cum iudicibus deliberamus*. Ut Cato: Cedo, si vos in eo loco essetis, quid aliud fecissetis? Et Cicero: Nunc ego, Iudices, jam vos consulo, quid mihi faciendum putetis; id enim consilii mihi profectò taciti dabitis, quod ego met mihi necessariò capiendum intelligo.

Act. in Verrem.

Prosopopœia est personarum filia induitio, vel gravissimum lumen augendi; hac & adversariorum & nostros cum aliis sermones, & aliorum inter se credibiliter introducimus; & suadendo, objurgando, querendo, laudando, miserando personas idoneas damus; quin mortuos excitare in hoc genere dicendi concessum est, uibes etiam populique vocem accipiunt, in quibus hoc modo melior sit figura. Etenim si mecum patria, quæ mihi vita mea multò est carior, si cuncta Italia, si omnis Resp. sic loqueretur. M. Tulli quid agis? & quæ sequuntur, sed magna quædam vis eloquentiæ desideratur. Falsa enim & incredibilia naturâ necesse est, aut magis moveant, quia supra vera sunt, aut pro vanis accipiuntur, quia vera non sunt. Formas quoque fingimus sæpe, ut famæ Virgilius, ut voluptatis ac virtutis (quemadmodum à Xenophonte traditur) Prodigus, ut multarum aliarum rerum Ovidius.

Apostrophe est aversus à iudice sermo: mirè autem

autem valet, si adversarios invadimus: Quid enim tuus ille, Tubero, in acie Pharsalica gladius agebat? Sive ad invocationem aliquam convertimur, Vos enim jam Albani Tumuli atque Luci: Sive ad invidiosam implorationem. O leges Porciæ, legesque Sempronæ.

Hypotyposis, quam descriptionem Cicero appellat, est proposita quædam forma rerum, ita expressa verbis, ut corni potius videatur, quam audiri: vel, Est rerum, quasi gerantur, sub aspectu pænæ subjectio, ut actione in Verrem septimâ: Ipse inflammatus scelere ac furore, in forum venit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat.

Nec solum qua facta sint aut fiant, sed etiam qua futura sint, aut futura fuerint, dicendo exprimimus. Mirè tractat hæc Cicero pro Milone; Quæ facturus fuerit Clodius, si Præturam invasisset. Hæc translatio temporum erit verecundior, si proponamus talia: Credite vos intueri, ut Cicero: Hæc quæ non vidistis oculis, animis cernere potestis.

Aposiopesis, quam Cicero *præcisionem*, non retinentiam, ut Quintil. existimavit, nonnulli *interruptionem* appellant, & ipsa ostendit affectus; vel ira, ut Virgilius:

Quos ego, sed moros præstat componere stultus.
Vel, *solitudinis, & quasi religionis*: An hujus ille legis, quam Clodius à se inventam gloria-
tur, mentionem facere ausus esset vivo Milone, ne dicam Consule? te nostrum enim omnium, non audeo totum dicere.

Ethopœia est imitatio vitæ ac morum alienorum: ut præcipue magnum quoddam ornamentum orationis, vel & aptum ad animos conciliandos vel maxime,

Græc.
Aversio
latin.
Quintil.
lib. 9. c. 2.
Cic. pro
Ligar.
Pro Milo.
Pro Sestio.
Act. 7. in
Verrem.

11070
σ 15.
Auctor. ad
Heren.

Est De-
monstra-
tio & De-
scriptio.
3. de orat.

Pro Cluen.

3
α 8074
11075.

3. de orat.
4. ad Her.
Precisio &
Abcisio.
Æncid. 1.
Pro Mia-
lon.

1
11070: α
11075.
σ 15.

sæpe

Græcè. *ſepe autem ad permovendos.* Cicer. contra Rull.
 Auſt. ad *Ineunt tandem Magiſtratus Tribuni plebis, con-*
 Heren. *cio tandem expectata P. Rulli, quod & Prin-*
 Et Effictio *ceps erat Agratiæ legis, & truculentius ſe gere-*
 & Notatio. *bat, quàm cæteri. Jam designatus alio vultu,*
alio vocis ſono, alio inceſſu eſſe meditabatur,
veſtitu obſoletiore, corpore inculto & horri-
do, capillatior quàm antè, barbâque majore,
ut oculis & aſpectu denuntiare omnibus vim
Tribunitiam & minitari Reipub. videretur.

ἔμφασις. *Emphaſis eſt, cum ex aliquo dicto latens aliquid*
 Auſt. ad *eruitur: vel, ut Cicero definit, plus ad intelli-*
 Heren. *gendum, quàm dixeris, ſignificatio.*

Est ſigni- *Demiſſum lapſi per funem.*

ficatio. *Idem de Cyclope.*

Virgil. *lacuiſque per antrum* *Immenſum.*

Æneid. 2. *Ubi prodigioſam illam corporis magnitudinem*

Æneid. 3. *è ſpatio intelligimus.*

ε *Suſtentatio eſt figura, quâ diu ſuſpenduntur*
αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ *auditorum animi, atque aliquid deinde inexpe-*
 vel ὑπὸ *ctatum ſubiungitur. Ut in Verr. Cicero: Quid*
 ἰδοῦσιν. *deinde? quid cenſetis? furtum fortatte aut*
 Lib. 7. *prædam aliquam? Deinde cùm diu ſuſpendiſ-*
ſet Judicum animos: ſubjecit, quod multo
eſſet improbius.

ὑποκατάβασις. *Aliquando etiam cùm expectationem alicuius rei*
graviffima orator concitaverit, ad aliquid,
 quod leve ſit; aut nullo modo criminofum
 deſcendit.

ὑποπροσπίπτει. *Præmiſſionem, vel præteritionem vulgò di-*
 Auctor. ad *cunt, quam Cicero reſicentiam vocat. Et eſt*
 Heren. *cùm dicimus nos præterire aut non ſcire, aut nolle*
 Occupatio *dicere id, quod tunc maximè dicimus. Cicer. in*
 eſt. *Rullum: Non queror diminutionem veſtiga-*
lium, non flagitium hujus jaſturæ atque damni.

Præ-

Prætermitto illa, quæ, nemo est, quin gravissimè & verissimè conqueri possit, nos caput patrimonii publici, pulcherrimam populi Romani possessionem, subsidium annonæ, horreum belli, sub signo claustrisque Reipublicæ, positum vectigal servare non potuisse: eum denique nos agrum P. Rullo concessisse, qui ager ipse per sese, & Syllanæ dominationi, & Gracchorum largitioni restitisset, non dico, hoc solum in Repub. vectigal esse, quòd amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace nitent, in bello non obsolescat, militem sustentet, hostem non pertimescat: prætermitto omnem hanc orationem, & concioni reservo, de periculo salutis ac libertate loquor.

3. de orat.
In Senatu
contra
Rul.

Licentia est, cum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debet orator, tamen aliquid pro inre suo dicit, quòd eos minimè offendat. Cicero pro Ligatio: Vide, quàm non reformidem: Vide, quanta lux liberalitatis & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur, quantum poterò voce contendam, ut hoc populus Romanus exaudiat. Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam magna ex parte, nullâ vi coactus, iudicio meo ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contra te.

22
in appropria.

Concessio est, cum aliquid etiam iniquum videatur causa fiduciâ pati, atque concedere. Cicero pro Milone: Excitate, excitare eum, si potestis, ab inferis: frangetis impetum vivi, cuius vix sustinetis furias sepulti? Et lib. 2. accus. Verum esto: eripe hæreditatem propinquis, da palæstritis. Et lib. 5. Levia sunt hæc in hoc reo crimina: metum virgarum Navarchus nobilissimæ civitatis prætio redemit: humanum.

Quintil.
lib. 9. c. 2.

Alius

lib. 5. ac-
cul. Alius ne condemnaretur, pecuniam dedit: usitatum est. Non vult popul. Rom. obsoletis criminibus accusari Verrem, nova postulat, inaudita desiderat: non de Prætoris Siciliæ, sed de crudelissimo tyranno fieri iudicium arbitratur.

Sunt, qui concessionem dictum esse velint: qualis apud Cicer. est illa facta defensio Verris: Sit fur, sit sacrilegus, sit flagitiorum omnium vitiorumque princeps: at est bonus imperator, & felix, & ad dubia Reipub. tempora referendus. Sed concessio juncta ironiæ miram vim habet, ut apud Virgil.

Æncid. 4.

Æncid. 11.

I, sequere ventis, pese regna per nudas,

Et: meque timoris

*Arguo tu Drance, quando tot stragis acervos
Terrorum tua dextra dedit.*

Pro Flac.

Et apud Cic. Litemus igitur Lentulo, parentem Cethego, revocemus ejectos nimis pietatis, & summi amoris in patriam vicissim nos penas, si ita diis placet, sufferamus.

Hæc. 1.

Lib. 9. c. 3.

Cicer.

3. de orat.

in Orat.

Eclog. 9.

Parentesis, quam Quintilianus interpositionem vel interclusionem vocat, est declinatio brevis à proposito, cum continuationi medius aliquis sensus intervenit. Virgilius.

Vare tuum nomen, superet modò Mantua nobis.

(Mantua va misera nimium vicina Cremona)

Cantantes sublime ferent ad sidera cygni:

Hæc brevior à re digressio, plurimis fit modis, sed hoc exemplum rei declarandæ causâ posuisse sit satis.

3. de orat.

In orat.

lib. 4. accu.

Longior illa digressio, quæ multis pars causæ videtur, inter figuras iudicio quorundam numeranda non est: verum à Cicerone numeratur his verbis; Et ab re non longa digressio, in

qua

quatum fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus, & concinnus esse debet. Exemplum est apud Cicer. de situ & ornatu Syracusarum, aliæque petmulta.

Ironia & à Quintiliano, & à Cicerone inter sententiarum exornationes numeratur. Differt autem ab illa, quæ tropus est, quod tropus brevior sit & apertior. At in figura totius voluntatis scio est. Cicer. pro Ligario: Novum ProLigar. crimen C. Cæsar, & ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuisse, idque C. Pansa præstanti vir ingenio, fretus fortasse eâ familiaritate, quæ est tecum, ausus est confiteri; Itaque quò me vertam, nescio, paratus enim veneram, cum tu id neq; per se scire neq; audire aliunde potuisses, ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer. Et, Quid agam iudices, &c. & quæ sequuntur.

Distributio, quæ ad sententiarum exornationes pertinet, est, cum aliquid in partes plures tribuitur, quarum unicuique ratio deinde sua subiungitur, ut, Alexandro Macedoni neque in deliberando consilium, neque in præliando virtus, neque in beneficio benignitas deerat. Nam cum aliqua res dubia accidisset, apparebat sapientissimus: cum autem configendum esset cum hostibus, fortissimus: cum verò præmium dignis tribuendum, liberalissimus.

In quarto ad Herennium paulò aliter definitur: *Distributio* est, cum in plures res aut personas certa negotia quadam dispersiuntur, neque sit ulla mentio subiecta rationis, quia sine illa fieri potest distributio; ut exempla ibi posita demonstrant,

si p...a.

M...p...o.

Rutilius
ex Asist.

ε

εἰρησύνῃ.
4. ad He-
ren.

strant, & verba Cic. in orat. ut aliud alii tri-
buens dispertiat.

*Permissio est, cum alicui rei vehementer confidi-
mus, & offendimus nos eam tradere, atque conce-
dere alicuius voluntati, hoc modo sed ego jam,
judices, summum ac legitimum iræ causæ
jus omitto: vobis quod æquissimum videat-
ur, ut constituatis, permitto. Non enim
vereor, quin etiam si novum sit vobis insti-
tuendum, libenter id quod postulo, prop-
ter utilitatem communis consuetudinis, se-
quamini.*

Rutil. ex
Hypetid.

Quint. l. 3.
cap. 4.

*Est enim illa permissio, cum aliqua ipsis iudici-
bus velinquimus æstimanda, nonnunquam ad ver-
sariis quoque: ut Calvus Vatinius: perfrica-
frontem, & dic te digniorem, qui consul
fieres, quam Catonem: Quidam permissionem
factorum esse volunt, ut concessionem dicto-
rum; sed concessio Quinti. iudicio factorum
est.*

Δέησις.

*Deprecatio, quam vel obsecrationem, vel ob-
testationem alii appellant, est, cum opem alicui-
us imploramus. Cic. pro Deiotaro: Quamo-
brems hoc nos primùm metu, C. Cæsar, per
fidem & constantiam & clementiam tuam li-
bera, ne residere in te ullam partem iracundiæ
suspiciemur. Per dexteram te istam oro, quam
regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti: istam,
inquam, dexteram, non tam in bellis & in
præliis quam in promissis, & fide firmio-
rem.*

Εὐχὴ.

*Optatio est, qua veri alicuius præbet significati-
onem, ut pro lege Manilia: Utinam Quirites, vi-
rorum fortium atque innocentium copiam
tantam haberetis. Et Pro Rabir. Utinam
mihi*

facilis & aperta est, Aures enim, vel animus potius aurium nuntio naturalem quandam in se continet vocum omnium dimensionem. Itaque & longiora, & breviora iudicat; & perfecta ac moderata semper expectat. mutila sentit quædam & quasi decurtata, quibus tanquam debito fraudetur, offenditur, productiora alia & quasi immoderatiùs excurrentia, quæ magis etiam aspernantur aures.

Cùm igitur fortuito sæpe, ut sit, aliquid conclusè aptèq; initio diceretur, animos hominum aurèsq; pellebat, ut intelligi posset, id quod casus effudisset cecidisse jucundè: tunc notatum genus est. Notatio autem & animadversio peperit artem. Itaq; ut poetica & versus inventus est terminatione aurium, observatione prudentis; sic in oratione animadversum est multò illud quidem seriùs, sed eadem natura, admonente esse quosdam certos cursus conclusionèsq; verborum. De quarum natura, ut discere possimus, necesse est; ut de incisus, membris, & periodo priùs dicamus.

De incisus, membris, & periodis.

C A P. XXXVII.

INCISUM est sensus non expleto numero conclusus; plerisque pars membri. Tale est enim, quo Cicero utitur: domus tibi deerat? at habebas: Pecunia superabat? at egebas; ubi incisa sunt quatuor; Fiunt & singulis verbis incisa: ut, Diximus, testes dare volumus. Incisum est diximus.

Membrum autem est, sensus numeris conclusus, sed à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiens: ut, O callidos homines: O rem excogita-

Quint. lib.

9. c. 4. In-

cisum

Græci

Κομματα.

Membra

Græci

Κομματα.

In Corn. gitatam: O ingenia metuenda: quem, quæso, non
 2. quæ non illrûm sefellit, vos ita esse facturos? *O callidos ho-*
 extat. *mines. perfectum est, at remotum à cæteris vim*
non habet, ut per se manus, & pes, & caput,
& O rem excogitazam: ò ingenia metuenda. Quan-
 do ergo incipit corpus esse? cum venit extrema
 conclusio: *Quem, quæso, nostrum sefellit, vos ita*
esse facturos.

Quid pe-
riodus.

Arist. 3.
Rhet. c. 4.
Cic. in
orat.

Periodum Cic. tum ambitum, tum circuitum,
tum comprehensionem, aut continuationem, aut
circumscriptionem dicit. Cùm temperetur autem
membris omnis paulò longior circuitus, tamen
aliud est cæsim & membratim, aliud circum-
scriptè dicere. Circumscriptio enim est, cum ab
initio ad finem usque quasi in orbem inclausa
fertur oratio, donec consistat in singulis perfe-
ctis absolutisq; sententiis. Cicer. pro lege Manil.
Quamquam mihi semper frequens cõspectus ves-
ter multò jucundissimus, hic autem locus ad
agendum amplissimus, ad dicendum ornatiss-
imus est visus. Quirites, tamen hoc aditu lau-
dis (qui optimo cuique semper maximè pa-
tuit) non mea me voluntas, sed vitæ meæ
rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibue-
runt.

In Orat.

Membratim verò dicimus, cum in singulis mem-
bris liberis liberior insistit oratio. Cicer. pro Mi-
lo. Itaque quando illius postea sic illa, quam
à Catilina acceperat, conquievit? Hæc inten-
tata nobis est; huic ego vos objici pro me non
sum passus: hæc insidiata Pompeio est, hæc istam
Appiam viam monumentum sui nominis nece
Papirii cruentavit.

Incisim verò dicimus, cum in singulis incis-
isistit oratio Cic. in Cat. invec. 4. Tenen-
 tur

eur litteræ signa, manus, deniq; unius cuiusq; confessio. Quomodo autem cum in incisîs & membris tum in circuitu numerus sit adhibendus, paulò pòst dicetur. Sed quia nullus extra poeticos numeros esse potest, pedes, quibus & poëma fit, & oratio numerosè temperatur, ponamus: mox enim intelligetur, inter verbum & orationem numerosam, permagnum esse discrimen.

De Pedibus.

C A P. XXXVIII.

PEDES, qui duas habent syllabas, numero sunt *Quintil. l. 9. c. 5.*
quatuor, Spondeus, Pyrrichius, Choreus & Jambus. Spondeus est è longis duabus; ut dicunt, mores, illi contrarius est Pyrrichius: ut, novus, tulit, Choreus est è longa & brevi; ut scribit, semper. Huic Jambus est contrarius: ut legunt, reos.

Trium verò syllabarum pedes sunt octo. Molossus, ex tribus longis: ut, dicendi, conversant. Trochæus, quem Tribrachum alii appellant, è tribus brevibus: ut, facimus. Dactylus ex longa & duabus brevibus; ut, littora. Anapaëstus ex duabus brevibus, & longa; ut, pietas, peragunt. Bachius ex brevi, & duabus longis: ut, amores. Antibachius ex duabus longis, & brevi: ut, audisse. Creticus, quem alii Amphimacrum vocant, ex longa, brevi & longa: ut, possident. Amphibrachus ex brevi, longa & brevi ut, petebat.

Cicer. ex aliis pedibus tres tantùm ponit: Pæonas duos, & Dochimum, quibus & nos erimus contenti; nec tamen ipse dissimulat,

quibusdam numeros videri, non pedes: nec immeritò: quidquid enim supra tres syllabas habet, id ex pluribus pedibus est. Est igitur Pæon primus ex longa & tribus brevibus; ut, aspiciat. Pæon ultimus ex tribus brevibus, & longa: ut facilitas, Dochimus verò ex Bachio constat & Jambo; ut, perhorrescerent.

De numero oratorio.

C A P. XXXIX.

Numerus
oratorius
Græcis est
ῥυθμῶν.

QUID intersit inter oratorium numerum, atq; poeticum, itémque inter orationem & poemam, diligenter nunc attendendum est. Numerum oratorium Græci *Rhythmum* poeticum *Metrum* vocant. Quod etiam si constat utrumq; pedibus, habet tamen non simplicem differentiam: Nam rhythmus *spatio temporum constant*, metra *etiam ordine*. In rhythmo enim nihil refert, Dactylusne sit, an Anapæstus, cum eodem temporum spatio uterque constet; in versu pro Dactylo poni non potest Anapæstus. Est & illud discrimen; quod metri semper idem est cursus, ut in Heroico carmine Dactyli & Spondei: In oratione alius atque alius numerus est adhibendus, ita ut nullus sit, qui non aliquo loco adhiberi possit.

Ex his facile est intelligere, quàm multum intersit inter orationem numerosam & poemam. Versus certis legibus astrictus est, ut nihil fiat extra præscriptum: at in oratione nihil est certum, nisi ut aptè verbis comprehendatur sententia. Itaque omnis nec claudicans, nec quasi fluctuans, & æqualiter constantèque ingrediens, numerosa habetur oratio. Atque
id in

id in dicendo numerosum putatur, non quòd constat totum è numeris; sed quòd ad numeros proximè accedit.

Quò etiam difficilius est oratione uti, quàm versibus, quòd in illis certa quædam & definita lex est, quam sequi sit necesse, in dicendo autem nihil est propositum, nisi ne aut immoderata, aut angusta, aut dissoluta, aut fluens sit oratio. In quò illud est vel maximum, quòd versus in oratione si efficitur conjunctione verborum, vitium est, & quidem grave, ac longa animi provisione fugiendum: & tamen eam conjunctionem, sicut versus numerosè cadere & quadrare, & perfici volumus. Quòd quomodo faciendum sit, deinceps explicemus.

*In qua parte ambitus debent inesse numerus,
& qui pedes maximè probentur.*

C A P. XL.

EST igitur intelligendum in toto verborum ambitu numeros tenendos esse. Falluntur enim, qui censent cadere tantum numerosè oportere, terminarique sententiam. Etsi enim id maximè decet, quoniam aures semper extremum expectant, in eoque acquiescunt: ad hunc exitum tamen à principio ferri debet verborum illa comprehensio, & tota à capite in fluere, ut ad extremum veniens ipsa consistat.

Et Aristoteles quidam heroum numerum grandiorei iudicat, quàm desideret soluta oratio. Jambum autem nimis è vulgari esse sermone. Ita neque humilem, nec

Cic. in
orat.
Quintil.
lib. 9. c. 4.

abjectam orationem, nec nimis altam & exaggeratam probat, plenam tamen eam vult esse gravitatis, ut eos, qui audient, ad majorem admirationem possit traducere. Trochæum autem, quem alii Tribachum appellant, ab oratione segregat, quia contractio & brevitatis dignitatem non habent. Ita Pæona probat, quem orationi, vel orienti, vel mediæ, vel cadenti aptissimum judicat.

In 3. de
orat. & in
orat.

Cicero autem sentit omnes in oratione esse permixtos & quasi confusos pedes. Nec enim effugere possemus animadversionem, si semper iisdem uteremur. Sed Creticum, Dichoreum, Dochimum, Pæonas cæteris anteponit; modo ne Dochimus iteretur, aut continuetur. In heroico verò Dactyli, & Anapæsti & Spondei pede impune progredi licere censuit, duos duntaxat pedes aut paulò plus, ne planè inversum aut similitudinem versuum incidamus. Sit igitur permixta & temperata numeris oratio, nec dissoluta, nec tota numerosa, Pæone maximè; quoniam optimus auctor ita censeret, sed reliquis etiam numeris, quos ille præterit, temperata.

In his, quæ demisso atq; humili sermone dicentur, Jambus erit frequentissimus: Pæon in amplioribus, in utroq; Dactylus. Ita in varia & perpetua oratione hi sunt inter se miscendi, & temperandi. Sic, minime animadvertetur delectationis aucupium, & quadrandæ orationis industria.

Nec verò minùs hic cursus numerorum esse debet, id enim in dicendo numerosum putatur, non quòd totum constat è numeris, sed quòd ad numeros proxime accedit. Nullus enim

enim pes est, qui non aliquando veniat ad orationem. Miscendi ergo sunt, curandūque ut sint plures, qui placeant, circumfusi bonis deteriores lateant. Cicer: pro Mar. Nullius est tantum flumen ingenii, nulla dicendi aut scribendi tanta vis, tantæque copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare, C. Cæsar, res tuas gestas possit; tamen hoc affirmo, & hoc pace dicam tuâ; nullam in his laudem esse ampliolem, quàm eam, quam hodierno die consecutus es. In hac periodo sunt quidem alii pedes, sed qui eam jucundissimam efficiunt, sunt Cretici, Dochimus, Pæon, Dactyli & Spondei.

De initio Periodi.

C A P. XLI.

CLAUSULAS diligentius, quàm cætera omnia servandas esse inter omnes convenit, quod in his maximè perfectio atque absolutio judicatur. Proximam autem clausulis diligentiam initia postulant: nam & ad hæc intentus est auditor. Optimè hæc nascuntur à proceris numeris ac liberis, maximè Dactylo & Pæone priore, quem idem auctor ut optimum probat. Cicero mollissimum quidem numerum, eundemq; amplissimum esse fatetur, sed Creticum anteponeit, Anapæstus etiam qui Dactylo est spatio par, ordine contrarius, rectè orationem incipit. Cicero in lege Manilia: Quamquam mihi semper frequens conspectus vester: Exorsus est à Spondeo, Anapæsto & Cretico: & in eadem oratione; Testis est Italia: à Cretico, & Ita tantum bellum: Ab Anapæsto & Spondeo, Qui Siciliam abiit; à Pæone priore.

3. de orat.

Ariq.
Rhet. lib.
3. c. 4.
Cicer.
In orat.

E 2 Ini-

Initia versuum initiis orationis non conveniunt, etsi Titus Livius hexametri exordio cœpit: Facturus ne operæ pretium sim, Dochimus quovis loco aptus est, dum semel ponatur: iteratus aut continuatus numerum, apertum & nimis insignem facit. Cicero de lege Agraria: Est illud amplissimum, quod paulò antè commemoravi Quirites. Ubi à Spondeo & Dochimo ducitur initium.

De fine Periodi.

C A P. XLII.

Cic. in
orat.

IN extremo autem circuitu duo aut tres sunt ferè servandi & notandi pedes: quos aut Choreos, aut Spondeos, aut alternos esse oportebit. Aÿa geminatum Choreum, qui Dichoreus vocatur, maximè secuta est. Cædit autem ille præclarè, sed in orationis numero nihil est tam vitiosum, quàm si semper est idem.

Spondeus est in clausulis firmus & stabilis, quo plurimùm est usus Demosthenes: Pæona, alterum orationi claudendæ optimum putat Aristoteles, quem Cicero non rejicit, sed aptiorem eo loco judicat Creticum. Qui sive geminetur, sive Spondeum præcedat, multum decoris habet in clausulis. Cic. pro Mar. Pristino more dicendi: Creticus est geminatus, & Spondeus, & Conservatam ac restitutam puto; Spondeus & duo Cretici: Et, Nec ullam unquam ætas de tuis laudibus conticescet: Duo Cretici & Dichoreus, Optimè etiam est sibi junctus: Cic. Nihil habet nec fortuna tua majus, quàm ut possis: nec natura tua melius, quàm ut velis conservare quàm plurimos.

Ne

mihî facultatem causa concederet, ut possem
hic prædicare, & Phil. 9. Vellem dii immorta-
les fecissent P. C. ut vivo potiùs Servio Sulpi-
rio gratias ageremus; quàm mortuo honores
quæreremus, &c.

Execratio est quia malum alicui precamur. Cic. pro Deiotaro: Dii te perdant fugitive, ita non modò nequâ & improbus, sed fatuus & amens es.

Epiphonema est rei narratæ vel probatæ summa acclamatio: Virg.

Tanta molis erat Romanam condere gentem.
Exclamatio est, quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicujus per hominis aut rei cujuspiam compellationem. Cic. in Antonium: O miserum me, consumptis enim lachrymis, infixus tamen pectori hæret dolor. Idem contra Rullum: O perturbatam rationem, ô libidinem refrenandam, ô consilia dissoluta atque perditâ. Et in Catilinam: O tempora, ô mores, Senatus hoc intelligit, Consul videt, hic tamen vivit.

Sunt & alia jucunda, & ad commendationem, cùm varietate, tum etiam ipsa natura plurimùm profunt, quæ simplicem quandam & non præparatam ostendendo orationem, minus suspectos faciunt. *Hinc est, quasi pœnitentia ducti*, ut Cic. pro Cælio: Sed quid ego ita gravem personam introduxi? Et quibus utimur vulgò; imprudens incidi. *Vel cum querere nos, quid dicamus, fingimus*, Quid reliquum est? & Numquid omisi?

Et cùm aliqua velut ignoramus. Cic. in Verrem: Sed earum rerum artificem quem? quemnam? rectè admones. Polycletum esse dicebant. *Et cùm deponimus apud memoriam auditoris*

E ali-

Αδρια.

επιφωνι-
μα.

Æncid. 1.
ερα'ιστι.

Philip. 2.

Quintil.
lib. 9. c. 2.

A. 6.

aliqua, & reposcimus, qua deposuerimus. Hæc omnia dant orationi varios velut vultus; Gaudent enim res varietate, & sicut oculi diversarum aspectu rerum magis detinentur; ita semper animis præstant, in quod se velut novum convertant.

Hæc de tropis & ornamentis cum verborum, tum sententiarum dicta sint, in quorum numero, nominibus, vi, & natura explicanda, usque adeo dissentiunt auctores vel Græci, vel Latini, ut non modò inter se dissentiant, sed quod majus est, Cic. qui ut ornatissimus in dicendo, sic in præcipiendo fuit diligentissimus, ipse sibi discrepet: Nam ut Quintil. animadvertit, multas figuras in tertio de Orat. lib. posuit, quas in Oratore postea scripto, quoniam de illis mentionem non fecit, videtur repudiâsse. Quasdam posuit verborum exornationes, quæ sententiarum sunt lumina. Quædam ne figuræ quidem sunt. Non tamen est, cur quisquam vel illum, vel alios auctores hac de causa temerè reprehendat. Ea enim, quæ de tropis & figuris præcipi possunt, valdè minuta sunt & exilia: ideoque non multum interest, hõene an illo modo sentias. Quam ego causam fuisse puto, cur idem Cicero strictim semper & cursim illas attigerit, & nullis nec definitionibus explicatas, nec exemplis illustratas quasi per transennam ostenderit.

Jam numerus illarum nec fuit olim certus, nec verò unquam esse poterit. Cujus rei duas ego reperio causas. Altera est, quòd novæ figuræ, Quintil. etiam Auctore, fieri adhuc & excogitari possunt. Altera, quòd tam verborum quam sententiarum figuræ non in formas, quarum certus, sed in partes & quasi membra, quo-

Quint. lib.
9. cap. 3.

Quintil.
lib. 9. c. 3.

quorum infinitior est numerus, distribuuntur; Quod optimè vidit Cic. in Top. enim, cum aliud divisionem, aliud partitionem esse docuisset, dixissetq; non esse vitiosum in partitione, si partem aliquam prætermittas, quod idem in divisione vitiosum est, sic deinde causam ejus rei addit. Formarum enim certus est numerus, quæ cuique generi subjiciantur: partium distributio sæpe est infinitior, tanquam rivorum à fonte deductio: Itaq; in oratoris artibus quæstionis genere proposito, quot ejus formæ sint, subjungitur absolutè: at cum de ornamentis verborum sententiarumque præcipitur, quæ vocantur *χηματα*, non fit idem. Res enim est infinitior, hæc esse in causa puto, ut omnis hæc de tropis & figuris disputatio, non solum dubia, incerta, sed controversa etiam plenâq; dissensionis semper fuerit: In qua ego, quod simillimum veri visum est, sum secutus.

De Collocatione.

C A P. XXXI.

SEQUITUR collocatio, quæ erit optima, Cic. 3. de orat. si vincam orationem efficiet, si coherentem, si levem, si æquabiliter fluentem. In ea necessaria sunt ordo & junctura: primum igitur de ordine. Sed illud prius dicam, studiosis dicendi imprimis esse necessaria ea, quæ deinceps de ordine juncturâq; tradentur. Hæc enim sunt, quæ clamores & admirationes in bonis Oratoribus efficiunt.

De orat.

De Ordine.

CAP. XXXII.

Quintil.
lib. 9. c. 4. **O**RDINIS observatio est in verbis singulis & contextis : in singulis cavendum est, ne decreseat oratio, & fortiori subjungatur aliquid infirmius, ut *sacrilego fur*, aut latroni petulans. Augeri enim debent sententiæ, & insurgere, ut optimè Cicero : Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate : aliud enim alio majus supervenit. At si cœpisset à toto corpore, non bene ad latera faucisque descenderet.

Est & alius naturalis ordo, ut *diem & nohem*, ortum & occasum dicas potius quàm retrorsum. Quædam ordine permutato fiunt supervacua, ut *fratres gemini*, nam si præcesserint gemini, fratres addere non est necesse.

Añor. 4. Verbo sensum claudere, si compositio patitur, longè optimum est. Cic. in Ver. Itaq; illi M. Cato sapiens cellam penariam Reipub. nostræ, nutricem plebis Romanæ Siciliam nominavit. At si id asperum erit, decori potius orationis erit consulendum : ut fit apud summos Græcos Latinosque oratores frequentissimè. Cic. in actione eadem : Nam cùm omnium sociorum, provinciarum rationem diligenter habere debetis, tum præcipuè Siciliæ iudices, plurimis justissimisque de causis. In oratione non sunt ad pedes verba dimensa, ut in carmine, ideoque ex loco transferuntur
in

in locum, ut jungantur, quò maximè congruunt, sicut in rudium structura saxorum, consuevit.

De Iunctura.

C A P. XXXIII.

JUNCTURA verò ut concinna & elegans sit, assequemur, si verba extrema cum consequentibus primis ita jungemus, ut nève asperè concurrant, nève vastiùs diducantur. *Asperum* concursum efficiunt consonantes illæ, quæ sunt asperiores; ut S. ultima cum X. proxima, ut exercitus Xerxis: quarum tristior, etiamsi bina collidantur, stridior est, ut ars studiorum, Rex Xerxes.

De orat. 5.
Quintil.
lib. 9. c. 4.

Hiulcam verò reddit orationem vocalium concursus. Pessimè longæ, quæ easdem inter se litteras committunt, sonabunt: ut, viro optimo obtemperare. Præcipuus tamen erit hiatus earum, quæ cavo, aut patulo maximè ore proferuntur: ut, sensu humanitatis, E plenior littera est, I angustior; ideòque obscurius in his vitium. Minus peccabit, qui longis breves subjiciet, & adhuc, qui præponet longæ brevem: non tamen id, ut crimen ingens, expavescendum est.

In quo nescias, negligentiane, an sollicitudo sit pejor. Necessè enim est, ut hic metus impetum dicendi retardet, & ab his, quæ potiora sunt, avertat. Quare, ut negligentis est oratoris hiulca subinde oratione uti: ita humilis est animi atq; demissi, ubiq; hoc perhorrescere. In quo meritò quidam Isocratem, &

Quintil.
l. 9. cap. 4.
In orat.

ejus discipulos, atq; præcipuè Theopompum reprehendunt, quòd eas litteras tantopere fugerint. At Plato in populari etiam oratione crebram habet vocalium concursionem. Cicer certè & Demosthenes modicè respexerunt ad hanc partem: Nam hiulca nonnunquam etiam decèt, faciuntq; ampliora quædam. Habet enim ille tanquam hiatus & concursus vocalium molle quiddam, quod iudicet non ingratiā negligentiam de re hominis magis, quàm de verbis laborantis. Itaque ille in oratione pro Marcello sic ait: Dolebam enim P. C. ac vehementer agebat, cùm videtē virum talem, qui in eadem causa, in qua ego, fuisset, non in eadem esse fortuna: nec mihi persuadere poteram, nec fas esse ducebam, versari me in veitro veteri curriculo, illo æmulo atque imitatore studiorum ac laborum meorum, quasi quodam socio à me & comite distracto. Undè apertè intelligimus, crebram & nimiam vocalium concursionem esse quidem vitandam, modicam, verò & quæ in loco sit, non esse reprehendendam.

Quæ vitanda in verborum junctura.
Quint. l. 9. cap. 4.

Videndum etiam est, ne syllabæ verbi prioris ultimæ, sint primæ sequentis, quod Ciceroni in epistolis excidit: Res mihi invisæ visæ sunt Brute, Et in carmine: *O fortunatam natam me consule Romam.* Etiam monosyllaba, si multa sunt, malè continuabuntur. Brevium præterea verborum ac nominum vitanda continuatio est, ne compositio minuta sit atque concisa. Et ex diverso longorum; afferunt enim tarditatem.

Illa quoque vitia sunt, si cadentia similiter, & similiter desinentia, & eodem modò decli-

declinata multa jungantur. Nec verba quidem verbis, aut nomina nominibus, similiſque his continuari debent, cum virtutes etiam ipſæ tædium pariant, niſi gratiâ varietatis adjunctæ.

Illud poſtremò addamus, hanc orationis quaſi ſtructuram, quæ ordine, juncturæque conſtat, maximam quidem deſiderare diligentiam, ea lege tamen, ne fiat operoſè. Nam eſſet cum infinitus, tum puerilis labor. Stylus enim exercitatus efficit facilem hanc viam componendi. Nam ut in legendo oculus, ſic animus in dicendo proſpiciet, quid ſequatur, ne inconditis verbis & malè coagmentatis offendantur aures, quarum eſt judicium ſuperbiſſimum.

De orat.

3.

De modo & forma verborum.

C A P. XXXIV.

NON ex multis res una, quæ magis orationem ab imperito dicendi ignaròque diſtinguat, quàm quod ille rudis inconditè fundit, quantum poteſt, & id, quod dicit, ſpiritu, non arte determinat. Orator autem ſic illigat ſententiam verbis, ut nihil inane, nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, nihil in oratione ſit redundans. Hoc oratorio ſit numero, qui aptam & concinnam & ſuavem efficit orationem. Breviter igitur origo, deinde cauſa, poſt natura, tum ad extremum uſus ipſe explicetur orationis aptæ ac numeroſæ.

Cic. in orat.

De origine orationis numerosa.

C A P. XXXV.

In orat.

PRINCEPS inveniendi aptam verborum & numerosam conclusionem fuit Trasymachus: cujus omnia nimis etiam erant scripta numerosè. Isocrates autem ita scienter moderatèque rem totam temperavit, ut multi existimarent, illum hujus concinnitatis auctorem & principem extitisse.

Arist. lib.
3. cap. 8.

Ubi verò hæc formandæ orationis ratio cognita & inventa est, sic omnibus placuit oratoribus, ut Aristoteles, quo nemo nec doctior, nec acutior, nec in rebus vel inveniendis, vel judicandis acrior unquam fuit, versum in oratione vetet esse, numerum jubeat. Ejus auditor Theodectes inprimis, ut Aristoteles sæpe significat, politus scriptor atque artifex, hoc idem & sentit & præcipit. Theophrastus verò iisdem de rebus etiam accuratiùs. Romani Ciceronis ferè tempore agnoverunt, cum jam anni propè quadringenti essent apud Græcos, cum hoc probaretur. Usque adeò autem hanc orationis conformandæ rationem ipse Cicero probavit, ut non solum ejus hoc modo faciendæ & ornandæ summus ipse artifex fuerit, sed diligentissimè etiam de tota re præceperit.

In orat.

In orat. &
De orat. 3.*Cur numerosa oratio inventa sit.*

C A P. XXXVI.

In orat.

QUONIAM igitur habemus aptæ orationis eos principes auctoresq; quos diximus, & origo inventa est: causa quærat, quæ fieri-

& respondebunt non vocati, consuetudo modò ad sit scribendi hoc modo atq; dicendi. Ut enim musici accuratè primò, & cogitatè suæ artis præscripta, & formulas observant; at ubi usus accessit, sine cogitatione etiã & cura, eadem illa incredibili celeritate efficiunt: sic ubi orator hoc modo scribere initio consueverit, sine ullo labore postea similiter scribet, ac dicet.

Quanti momenti sit aptè dicere.

C A P. L.

QUANTUM autem sit aptè dicere, experiri licet, si aut compositi oratoris bene structam collocationem dissolvas, permutatione verborum: corrumpetur enim tota res: ut hæc Ciceronis in Corneliãna: Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos & Lælios, multi venalitiis, mercatorisque superârunt: immuta paulùm, ut sit: Multi superârunt mercatores, venalitiisque: perierit tota res: & quæ sequuntur. Neque vestis, aut cælatum aurum & argentum, quo nostros veteres, Marcellos Maximósque multi Eunuchi è Syria Ægyptoque vicerunt. Verba permuta sic, ut sit: Vicerunt Eunuchi è Syria, Ægyptoque. Adde tertium. Neque verò ornamenta ista villarum, quibus L. Paulum, & L. Mammium, qui rebus his Urbem Italiãque referferunt, ab aliquo video perfacile Deliacò aut Syro potuisse superari: fac ita; potuisse superari ab aliquo Syro, aut Deliacò. Vides ne, ut ordine verborum paulùm commutato, iisdem verbis stante sententiã, ad nihilum omnia recidant, cum sint ex aptis dissoluta? Aut si alicujus inconditi arripias dissi-

Cicer.

In orat.

Quintil.

lib. 9. c. 4.

Hic locus

est apud

Cicer. in

orat. nam

Cornelia-

na non

extat.

dissipatam aliquam sententiam; eamque ordine verborum paulum commutato in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea difluens ac solutum. Age, sume de Gracchi apud censores illud: Absesse non potest, quin ejusdem hominis sit probos improbare, qui improbos probet. Quam aptius si ita dixisset: Quin ejusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare? Hoc modo dicere nemo unquam voluit, nemoque potuit, quin dixerit: Qui autem aliter dixerunt, hoc assequi non potuerunt.

Res autem se sic habet, ut brevissime dicam, quod sentio, compositè & aptè sine sententiis dicere, infantia est: sententiosè autem sine verborum & ordine & modo, infantia; sed ejusmodi tamen infantia, ut ea, qui utantur, non stulti homines haberi possint etiam plerumque prudentes: quo qui est contentus, utatur. Eloquentes verò, qui non approbationes solum, sed admirationes, clamores, plausus, si liceat, movere debet, omnibus oportet ita rebus excellat, ut ei turpe sit quicquam aut spectari aut audiri libentius. Hæc Cicer. in oratore. Quare cum Aristoteles, qui aureum fundit flumen orationis: eam Theophrastus, quia divinitate loquendi nomen invenit: cum Isocrates, quem eloquentiæ patrem Cicero appellat: cum Demosthenes, cui sine dubio summa vis eloquentiæ conceditur: cum Cicero, qui primus cum Græcorum gloria latinè dicendi copiam æquavit, hanc eloquentiæ partem tanti fecerit, eam nobis summam debemus industriam, summam etiam studium comparare.

In Acad.
In orat.

De tribus generibus dicendi.

C A P. LI.

PERSPICUUM est, aliud dicendi genus in parvis causis, aliud in modicis, aliud in gravibus desiderari. Nec solum variæ causæ varium dicendi genus efflagitant: sed diversæ orationis partes, diversam quoque orationis formam postulant. Quod cum ita sit, quot sint genera dicendi, & in quibus tum causis, tum orationis partibus ea sint adhibenda, dicamus.

Tria sunt igitur dicendi genera, in quibus omnibus præcipue debet florere excellens & perfectus orator: Unum *subtile*, acutum & tenue: Alterum *vehemens*, copiosum & grave: Tertium est *interiectum*, intermedium, & quasi temperatum, in quo neque est acumen superioris generis, nec vis posterioris. Cum autem oratoris tria sint officia, docere, movere, & delectare; *subtile in probando, modicum in delectando, vehemens in flectendo* versatur.

In genere subtili forma debet esse orationis à vinculis numerorum libera & soluta, non tamen vaga, ut ingredi liberè, non ut licenter videatur errare. Diligentia etiam coagmentandi verba prætermittenda est, & omnis insignis ornatus removendus. Ponentur tamen acutæ crebræque sententiæ ornamenta verborum & sententiarum cum tropis verecundè parcèque adhibebuntur: translationes tamen poterunt esse crebriores, nec tam crebræ tamen, quam in genere dicendi amplissimo.

Genus temperatum uberius est aliquantò & robustius, quam hoc humile: de quo dic-
tum

Cicer.
in orat.
Quint. l. 9.
cap. 4.

Cicer.
de orat.
Quintil. l.
12. c. 10.

Quintil.
l. 12. c. 10.
Orat. 2.

Etum est, submissius autem, quàm illud, de quo dicitur, amplissimum. Huic omnia dicendi ornamenta conveniunt, plurimumque est in hac oratione suavitatis. In idem verborum cadunt lumina omnia, multa etiam sententiarum. In hoc genere nervorum vel minimum, suavitatis autem est vel plurimum.

At illud amplum, grave, copiosum, ornatum, vim profectò habet maximam: modò enim perfringit, modò irrepit in sensus, inserit novas opiniones, evellit insitas. Hic orator & defunctos excitabit, ut Appium Cæcum. Apud hunc & patria ipsa exclamabit, aliquemq; (ut apud Ciceronem in oratione contra Catilinam in Senatu) alloquetur. Hic & amplificationibus extollet orationem, & vi superlationum quoque eriget: ut, Quæ Charybdis tam vorax? & Oceanus medius fidius ipse: hic iram, hic misericordiam inspirabit: hic dices: Te vidit, & flevit, & appellavit, & per omnes affectus tractatur. His tribus generibus utetur orator, ut res exiget, nec pro causa modò, sed pro partibus causæ. Magni igitur iudicii, summæ etiam facultatis esse debet moderator ille, & quasi temperator hujus tripartitæ varietatis.

Nam & iudicabit, quid cuique opus sit: & poterit, quocunque modo postulabit causa, dicere. Ad causas tenues, cujusmodi est causa pro Cecinna, summissum: ad graves, qualis est Rabirii, vehemens: ad mediocres; ex quo genere est pro lege Manilia, temperatum dicendi genus accommodatum est: In eadem etiam ratione ad conciliandum quidem mediocre: ad docendum verò atque probandum subtile & enucleatum: ad movendum grave debet adhiberi.

Est

Est enim eloquentis proprium: parva submissè,
modica temperatè, magna graviter dicere.

Multum etiam refert, quæ sit persona ejus,
qui dicit, & eorum, qui audiunt. Non enim
omnis fortuna, non omnis honos, non omnis au-
ctoritas, non omnis ætas, nec verò locus, aut
tempus, aut auditor omnis eodem aut verbo-
rum genere tractandus est, aut sententiarum.

In omnibus etiam rebus videndum est quate-
nus: Etsi enim suus cuique modus est, tamen
magis offendit nimium quàm parum: unde fit,
ut eloquentiæ sicut reliquarum rerum funda-
mentum sit sapientia. Hæc de elocutione dicta
sint. Nunc quoniam omnia confirmandæ, & ex-
poliendæ orationis præcepta exposita sunt ordi-
ne, ut instituimus, ad memoriam transeamus.

De Memoria.

C A P. LII.

MEMORIÆ autem primùm omnium institu-
torē fuisse ferunt Chium Simonidem. Cùm
enim celebri & frequenti convivio interesset, è
triclinio egressus est: eo egresso, triclinium su-
pra convivas corruit, atq; ita contudit, ut cùm
eos humare vellent sui, non possent obtritros in-
ternoscere ullo modo. Tunc Simonides dicitur
ex eo, quod meminisset; quo eorum loco quisq;
cubiisset, demonstrator uniuscujusque sepe-
liendi fuisse. Ex hoc Simonidis factò notatum
videtur, juvari memoriam signatis animo se-
dibus. Quod suo quisque etiam experimento
credere potest. Nam cùm in loca aliqua post
tempus reversi sumus, non ipsa agnoscimus tan-
tum, sed etiam, quæ in iis fecerimus, reminisci-
mur,

Cicer.
2. de orat.
Quintil.
lib. 11. c. 4.

mur, personæque subeunt, nonnunquam tacitæ quoque cogitationes in animum revertuntur.

An memoria sit eloquentia pars.

C A P. LIII.

Quintil.
lib. 11. c. 2. **E**TIAMSI memoria eloquentiæ cum aliis artibus sit communis, tamen artificiosa memoria oratoriæ artis meritò pars existimatur. Nesciretur enim, quanta vis ejus esset, quanta divinitas, nisi in hoc lumen orandi vim extulisset. Non enim rerum modò, sed etiam verborum ordinem præstat, nec ea pauca content, sed prope in infinitum, ita ut longissimis actionibus priùs audiendi patientia, quàm memoriæ fides deficiat. Non immeritò igitur thesaurus hic eloquentiæ dicitur, cum exemplorum, legum, sapienter dictorum benè, factorum velut quasdam copias, quibus abundare, quâsque in promptu semper habere debet orator, incredibilis ejus vis repræsentet.

De artificio memoria.

C A P. LIV.

Cic. 2.
de orat.
Quintil.
lib. 11. c. 2. **A**RTIFICIUM igitur memoriæ à veteribus traditum, locis constat & imaginibus. Itaque ijs, qui hanc ingenil partem exercent, loca multa priùs animo capienda sunt spatiosa, multa varietate signata, illustria, explicata modicis intervallis, ut ædium ferè magnarum, aut alterius ædificii. Hæc animo diligenter sunt affigenda, ut sine cunctatione ac mora partes eorum omnes cogitatio possit ordine percurrere :
Plus

Plus enim quàm firma debet esse memoria, quæ aliam memoriam adjuvet. Tum ea, quæ fuerint scripta, vel cogitatione comprehensa, ordine hīs locis sunt commendanda signis, quæ memoriam eorum excitent notata. Ita fiet, ut res ordine teneantur.

Exempli gratia: si sit de navigatione: re militari, & agricultura dicendum: navigationis anchora; rei militaris gladius vel spiculum; agriculturæ spica vel simile aliquid, imago esse potest. Hæ imagines supradictis locis ordine sunt committendæ. Deinde cùm repetenda fuerit memoria, incipies ab initio loca recensere, & quod cuiq; credideris reposces. Imago enim cuiusq; admonet, aut quamlibet multa sint, quorum meminisse oporteat, sint singula connexa quodam choro. Sic enim fiet, ut ordinem rerum, locorum ordo conseruet, res autem ipsas rerum effigies notent. Utendum est autem imaginibus aliquid agentibus, acerbis, insignitis, quæ occurrete celetitèq; percutere animum possint. Loca quæ assumpseris, egregiè commodèque notare oportebit, ut perpetuò hærerè possint. Nam imagines pro rerum varietate subinde sunt mutandæ, at loca perpetuò remanere debent.

Cic. de
orat.
Quintil.
lib. 11. c. 2.

Quid conferat hoc memoria artificium.

C A P. LV.

VT ad quædam prodesse hæc non est negandum: ut si rerum nomina multa per ordinem audita reddenda sint, vel res diversæ ordine complectendæ, sic in ediscendis orationis perpetuæ verbis nihil ferè profunt. Singulorum enim verbo

Quintil. 1.
11. cap. 2.

verborum imagines memoriæ mandare, & inutile esset, & infinitum. Si longior complectenda memoria oratio fuerit, proderit per partes ediscere. Non est autem inutile, quò facilius hæreant, aliquas apponere notas, quarum recordatio commoveat, & quasi excitet memoriam. Illud neminem nõ juvabit, iisdem quibus scripserit, chartis ediscere. Si tamen quis unam maximamq; artem memoriæ quærat, exercitatio est & labor. Multa ediscere, multa cogitare, & (si fieri potest) quotidie, potentissimum est.

Quantum autem natura studioque valeat memoria, vel Themistocles testis est, quem unum intra annum optimè locutum esse Persicè constat: vel Mithriades, cui duas & viginti linguas, quot nationibus imperabat, traditur notas fuisse: vel Crassus ille dives, qui cum Asiæ præesset, quinque Græci sermonis differentias sic tenuit, ut quæ quisque apud eum lingua postulasset, eadem sibi jus redditum ferret: vel Cyrus, quem omnium militum tenuisse creditum est nomina: quin semel auditos quamlibet multos versus protinus reddidisse dicitur Theodectes. Explicatis memoriæ præceptis, restat, ut de Pronuntiatione dicamus.

De Pronuntiatione & eius utilitate.

C A P. LVI.

Cic. 3.
de orat.
Quinctil.
lib. 11. c.
3. Arist.
lib. Rhet.
c. 1.

PRONUNTIATIO à plerisque *actio* dicitur, sed prius nomen à voce, sequens à gestu videtur accepisse. Hæc autem pars est, quæ in dicendo una dominatur. Sine hac summus orator esse in numero nullo potest: mediocrius
hac

Ne Jambus quidem aut par Trochæus, aut etiam Dactylus, si est proximus à postremo, parum volubiliter pervenit ad extremum, si est extremus Chorus aut Spondeus, nunquam enim interest, uter sit eorum in pede extremo. Sed idem hi tres pedes malè concludunt, si quis eorum in extremo locatus est? nisi cum pro Cretico postremus est Dactylus: nihil enim interest, Dactylus sit extremus an Creticus: quia postrema syllaba brevis, an longa sit, ne in versu quidem refert.

Est & Dochimus stabilis in clausulis, & se- Philip. 2.
verus, Cic. in Anton. Te miror Antoni, quorum facta imitère, eorum exitus non perhorrescere: Multæ sunt aliæ clausulæ, quæ numerosè & jucundè cadunt, quas diligentissimè ostendit Quintil.

Etiam intelligendum est: clausulas versuum non convenire clausulis orationis, quod Bruto excidit. Quanquam sciunt placuisse Catoni, & vitandum esse, ne plurium syllabarum verbis utamur sæpe in fine, quod etiam in carminibus est permolle. Non desunt enim, qui Ciceronem vituperent in his: pro Cælio. Familiaris cœperat esse balneari. Non minus dura Archipiratæ.

Nec illud quidem prætereundum est: clausulas maximè apparere, & intelligi, quod aures continuam vocem secutæ, ductæque veluti pronò decurrentis orationis flumine, tum magis judicent, cum ille impetus stetit, & intuendū tempus dedit. Variandæ sunt igitur: ne aut animorum judicio repudiantur, aut aurium satietate. Hoc vicissitudines numerorum efficiant, qui præstabant, ut neque ii satientur, qui

audient, fastidio similitudinis, nec orator id, quod faciet, opera debita facere videatur.

De medio Periodo.

C A P. XLIII.

3. de orat.

Quintil.
lib. 9. c. 5.

SI primi & postremi illi pedes sunt hęc ratione servati, medii possunt latere, modò ne circuitus ipse verborum sit, aut brevior, quàm aures expectent: aut longior, quàm vires atque anima patiat. Verùm mediis non ea modò cura debet esse, ut inter se cohæreant, sed ne pigri, ne longi sint: ne, quod nunc maximum vitium est, brevium contextu resulent, ac sonum reddant penè puerilium crepitaculorum. Nam ut initia, clausulæq; plurimum momenti habent, quoties incipit sensus aut desinit: sic in mediis quoq; sunt quidam conatus, qui leviter intersistunt, ut currentium pes etiamsi non moratur, tamen vestigium facit. Itaque non modò membra atque incisa bene incipere, atque claudi decet, sed etiam in iis, quæ non dubiè contexta sunt, ne respiratione utantur, spiritum sustinemus.

Quis enim dubitet, unum sensum & unius spiritus esse? Animadverti, Judices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes: Tamen & duo prima verba, & tria proxima, & deinceps duo rursus ac tria proxima, suos quasi numeros habent spiritum sustinentes: sicut apud rhythmicos æstimantur hęc particulæ, prout sunt graves, acres, lentæ, celeres, remissæ, exultantes. Proinde id, quod ex illis conficitur, aut severum, aut luxuriosum, aut quadratum, aut solutum erit.

In Orat.

Pro-

Præonem quidem ut orienti, sic etiam mediæ orationi aptum esse M. Tullius fatetur. Idem Doehimum quovis loco aptum esse confirmat: Creticos etiam & Bacchios nonnulli in hac parte laudant. Fluit autem omninò numerus à primo, tum incitatius brevitate pedum, tum proceritate tardius. Quare si orationem ferri celerius volumus, crebros Trochæos & Jambos inferemus; si lentiùs incedere, Spondeos frequentes interponemus: si moderatius ingredi, iis pedibus utemur, qui brevibus longisque syllabis temperantur: cursum contentiones magis requirunt, expositiones rerum tarditatem.

De his, quæ suapte naturâ numerosa sunt.

C A P. XLIV.

ALIVANDO suapte naturâ numerosa sunt, quæ dicuntur, etiam si nihil factum est de industria. Cùm enim sunt casus in exitu similes, aut paribus paria referuntur, quasi suapte sponte concinnitatem habet oratio, ut in illo Ciceronis pro Milone: Est enim, Judices, hæc non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus. Hæc enim talia sunt, ut, quia referuntur ad ea, ad quæ debent referri, intelligamus non quæsitum esse numerum, sed secutum.

Quod sit item in referendis contrariis. In hoc genere Cicero frequens est, ut illa sunt in quarto accusationis. Conferre hanc pacem cum illo bello; hujus Prætoris adventum cum illius Imperatoris victoria; hujus cohortem impuram cum

AA. in Verrem.

cum illius exercitu invicto: hujus libidines cum illius continentia, ab illo qui cepit conditas, ab hoc qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas: quæ sunt venustissima; semper enim hæc, quæ à Græcis antitheta nominari supra diximus, cum de figuris ageremus, numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt & eum sine industria.

Quæ vitia sunt vitanda in oratione numerosa.

C A P. XLV.

Quint. l. 9.
cap. 4.

HÆC tamen vitia in toto, hac te diligentissimè sunt vitanda: imprimis, ne apertè verba trajiciantur, quò meliùs aut cadat, aut volvatur oratio: deinde ne inania quædam verba, quasi complementa numerorum inculcentur: tertio ne minutis numeris concludatur, infringaturque sententia: Sed verba jam probata & electa concinnè coagmententur. Nam vel dura inter se commista, potiora sunt inutilibus. Multa sunt autem, quæ vitis declinatæ, numerosè componendi laborem minuunt; Sunt enim multæ figuræ, quibus & casus & numeri possint variari. Sunt multa etiam, quæ idem valent atque significant, ex quibus exercitati facilè illud eligunt, quò institutæ verborum comprehensioni maximè quadrat.

De magnitudine ambitus.

C A P. XLVI.

Quint. l. 9.
cap. 4.

HABET autem periodus membra minimum duo, sæpe etiam & tria. Cic. pro leg. Manil.

nil. Nam cùm antea per ætatem nondum hujus auctoritatem loci contingere auderem, statueremque nihil, nisi perfectum ingenio, elaboratum industriâ afferri oportere; omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi.

Cicero eum ambitum mediocritatem habere ait: qui quatuor ferè membris constat. Nam & aures implet, & nec brevior est quàm satis sit, nec longior: vult autem, ut è quatuor, quasi hexametrorum versuum instar quod sit, constet ferè plena comprehensio. Ejus generis est illud pro Milone; Ego cum Tribunis plebis, Republicâ oppressâ, me Senatui dedissem, quem extinctum acceperam, Equitibus Romanis, quorum vires erant debiles: bonis viris, qui omnem auctoritatem Clodianis armis abjecerant: mihi unquam bonorum præsidium defuturum putarem?

Debet autem periodus sensum concludere: sit etiam aperta, ut intelligi possit, & non immodica: ut memoriâ contineri possit.

De numero, qui est in membris, & cuiusmodi ea esse debeant.

C A P. XLVII.

QUID sit membrum, quid incisum, quid ambitus, antea dictum est. Illud etiam est explicatum, aliud esse circumscriptè, aliud membratim dicere. Illic enim circumscribitur verborum comprehensio, donec in clausula tandem consistat: hic in singulis membris oratio consistit. Quod in pronuntiando magnopere reficit spiritum; unde fit, ut oratio, quam membris carpi-

Cicero.
3. de orat.
Quintil.
lib. 9. c. 4.

carpimus, longior multò esse possit, quàm ea, quæ constat circuitu: ita ut aliquando ad quindecim, aliquando ad viginti membra excurrat. Cic. pro Milone: Occidi, occidi non Spurium Melium: & quæ sequuntur. Nihil autem tam debet esse numerosum, quàm hoc, quod minimè apparet, & valet plurimum.

Spondeum hîc Cicero vehementer commendat. Nam etsi, quod est de longis duabus, hebetior videtur & tardior; habet tamen stabilem quandam, & non expertem dignitatis gradum: in incisionibus verò multò magis & in membris: paucitatem enim pedum gravitatis suæ tarditate compensat.

In quo scribendi genere circumscriptè sit, in quo membratim dicendum.

C A P. XLVIII.

In orat.

IN historia, laudationibus, totòque eo genere, quod Græci ἑπιδεικτικόν nominant, quod quasi inspiciendum delectationis causâ comparatum sit, omnia Isocrateo, Theopompeoque more illâ circumscriptioe & ambitu dicenda sunt, ut tanquam in orbe inclusa currat oratio. Itaque posteaquam est cognita hæc vel circumscriptio, vel comprehensio, nemo, qui aliquo esset in numero, scripsit orationem ejus generis, quod esset ad delectationem comparatum, remotumque à judiciis, forensique certamine, quin redigeret omnes ferè in quadrum numerumque sententias.

Genus autem hoc orationis nec totum assumendum est ad contentiones & causas veras, nec omnino repudiandum. Si enim semper utare,

utare, cum satietatem affert, tum quale sit ab imperitis etiam cognoscitur. Detrahit præterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem & fidem. Sed quoniam adhibenda nonnunquam est, primum videndum erit, quo loco, deinde quamdiu retinenda sit, tum quot modis commutanda.

Adhibenda est igitur numerosa oratio, si aut laudandum est aliquid ornatiùs; ut Cicero in accusationis secundo de Siciliæ laude dixit: aut exponenda narratio, quæ plus dignitatis desiderat, quàm doloris: ut in quarto accusationis idem Cicero de Syracusarum situ dixit. Est etiam apta proœmiis majorum causarum, ubi sollicitudine, miseratione, commendatione res eget. Sæpe etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numerosè & volubiliter oratio.

Id autem tum valet, cum is, qui audit, ab oratore jam obsessus est ac tenetur. Non enim id agit, ut insidiantem observet, sed jam favet, processumque vult, dicendique vim admirans non inquit, quod reprehendat. Hæc autem forma perorationes quidem includit, sed in reliquis orationis partibus retinenda non diu est. Nam cum locis suprascriptis ea fuerimus usi, tota dictio est ad incisa & membra transferenda. Incisim autem & membratim tractata oratio, in veris causis plurimum valet, maximèque in his locis, cum aut arguas, aut refellas.

Quintil.
lib. 9. c. 4.
Cic. in
orat.

Quæ ratione paretur hæc facultas aptè ac numerosè dicendi.

C A P. XLIX.

Cicer. in
orat.,

HÆC autem facultas aptè, atque numerosè dicendi, non est tanti laboris, quanti videtur. Nec ideo hæc tractantur à summis viris, ut oratio, quæ ferri debet ac fluere, dimetiendis pedibus, ac perpendendis syllabis consenscat. Satis enim in hoc oratorem formabit multa scribendi exercitatio, ut ex tempore etiam aptè, numerosèque dicat. Ante enim circumscribitur mente sententia, confestimque verba concurrunt, quæ mens eadem, quâ nihil est celerius, statim dimittit, ut suo quodque loco respondeat. Quod si Antipater ille Sidonius solitus est versus hexametros, aliòsque variis modis ac numeris fundere ex tempore, tantumque hominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio, ut, cum se mente ac voluntate coniecisset in versum, verba sequerentur, quanto id facilius in oratione, exercitatione, & consuetudine adhibita consequemur? Nihil est enim tam tenerum, neque tam flexibile, neque quod tam faciliè sequatur, quocumque ducas, quam oratio. Ex hac versus, ex eadem dispares numeri conficiuntur: Ex hac hæc etiam soluta variis modis, multorumque generum oratio. Et ut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus: sic orationis genus ad omnem rationem, & ad aurium voluptatem, & animorum motum faciliè mutatur & vertitur. Neminem itaque Pæon aut Creticus ille Dichoreus conturbet: ipsi occurrent orationi, ipsi inquam, se offerent

Cicer.
3. de orat.

ibid. Cic.

& res-

hac instructus summos sæpe superare. Nam & infantes actionis dignitate eloquentiæ sæpe fructum tulerunt, & disertis deformitate agendi multi, infantes putati sunt: ut jam non sine causa huic primas dedisse Demosthenes dicatur, cum rogaretur, quid in dicendo esset primum, huic secundas, huic tertias.

Est enim actio quasi corporis quædam eloquentia. Cum sit autem in duas divisa partes, vocem gestumq; quorum altera oculos, altera aures movet, per quos duos sensus omnis ad animum penetrat affectus; prius de voce, deinde de gestu, qui voci accommodatur, dicendum esse.

De Voce.

C A P. LVII.

VOcis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maximè voce moventur. Itaq; perfectus orator utcunque se affectum videri & animum audientis moveri volet, ita certum, vocis admovebit sonum. Aliud enim vocis genus iracundia postulat, acutum, incitatum, crebrò incidens. Aliud miseratio ac meror: flexibile plenum: interruptum, flebili voce. Aliud metus: demissum & hæsitans; & abjectum. Aliud vis: contentum, vehemens, imminens, quadam incitatione gravitatis. Aliud voluptas: effusum, lene, tenerum, hilaratum ac remissum. Aliud molestia sine commiseratione: grave quiddam, & uno pressu ac sono obductum.

Ac vocis quidem bonitas optanda est (non est enim in nobis) sed tractatio in nobis. Ergo bonus orator variabit & mutabit; omnèsq;

In orat. &
3. de orat.

sonorum, tum intendens, tum remittens, persequetur gradus. Nec modò in diversis rebus, sed etiam in iisdem partibus, iisdemq; affectionibus quasdam non ita magnas vocis mutationes adhibebit. Nam varietas cum gratiam præbet, ac renovat aures, tum dicentem ipsa laboris mutatione reficit.

De Gestu.

CAPUT LVIII.

3. de orat.

VOCEM subsequi debet gestus, & animo simul cum ea parere. Gestu sic utendum est, ut nihil in eo super sit. Status erit erectus & celsus, rarus incessus; nec ita longus, excursio moderata, eaque rara, nulla mollitia cervicum, nullæ argutiæ digitorum: non ad numerum articulus cadens; trunco magis tota se orator moderabitur, & virili laterum flexione, brachii projectione in contentionibus, contractione in remissis, pedis suppositione in contentionibus aut incipientis, aut finiendis. Sed in ore sunt omnia. In eo autem ipso dominatus est oculus.

Animi enim est omnis actio, & imago animi vultus est: indices oculi: Hæc est una pars corporis, quæ quot animi motus sunt; tot significationes & commutationes possit efficere. Nam oris non est nimium mutanda species, ne aut ad ineptias, aut ad pravitatem aliquam deferamur. Oculorum igitur, tum intentione, tum remissione, tum reiectu, tum hilaritate motus animorum significabimus aptè, cum genere ipso orationis. Est enim *actio quasi sermo corporis*, quo magis menti congruens esse debet.

Quo-

Quoniam in his tribus libris breviter, ut vires nostræ tulerunt, quid esset Rhetorica, quod ejus officium atq; finis, dictum est, & de singulis ejus partibus, earumq; vi & præceptis est disputatum: illud solum nunc super est, ut omnes ad eloquentiam, quæ nihil aliud est, quàm copiosè loquens sapientia, cohortemur. E qua illi profecto maximos & uberimos fructus percipient, qui eam ad DEI Opt. Max. cultum ac venerationem diligentissimè contulerunt. Cui enim potiùs eloquentia studia consecrentur, quàm illi, qui ut hominis decus ingenium, sic ingenij lumen esse voluit eloquentiam? Hoc igitur agamus, hoc curemus, in hoc conatus, cogitationesque nostræ semper evigilent, ut cum eloquentiæ, tum cæterarum artium studia parenti vitæ nostræ deserviant. Cui omnia honoris, omnia virtutis, omnia ingenij, sine ulla exceptione, ornamenta debentur.



THE HISTORY OF THE
LORDS OF THE ISLE OF MAN
FROM THE CONQUEST OF THE ISLAND
BY HENRY II. TO THE PRESENT
TIME. BY JOHN BURNET, ESQ.
OF THE BARRS AT LONDON.
IN TWO VOLUMES.
LONDON, PRINTED BY A. MILLAR,
IN ST. PAULS CHURCH-YARD, 1776.



TABUL

TABULÆ RHETORICÆ,
SIVE
TOTIVS ARTIS RHETORICÆ
ABSOLVTISSIMVM COMPENDIVM.

A

LUDOVICO CARBONE
ACOSTACIARIO, SS. THEOLOGICÆ
IN ALMO GYMNASIO PERUSINO,
olim Professore publico, singulari iudicio
& industria selectum,

LIBER I.

Quid sit Rhetorica, quod ejus officium, & finis.

CAP. I.

DEFINITIO: est ars, vel doctrina bene dicendi.

Quid sit
ars.

*Ars est, qua constat quibusdam
rebus, id est, praeceptis, cognitis, qua
unum finem spectant, & nunquam
fallunt.*

Rheto-
rica

Quomodo
facta sit
ars.

*Cum alii temerè, alii callidiùs di-
cant, potuerunt notari ea, quibus alii
melius dicunt, ex quibus ars fieri
potuit.*

Quid sit
benedice-
re.

*Est optimis sententiis, verbisque
lectissimis dicere.*

Officium, est appositè dicere ad persuadendum.

Finis, persuadere dictione.

C A P. II.

De dignitate & utilitate eloquentiæ.

Eloquen- tia est.	} Digna	} Utilis quia	Quia semper floruit & dominata est in omni libero populo.
			Quia nihil est incundius auditu ora- tione, ornata verbis, & sententiis.
			Quia nihil est tam magnificum, ac potens, quàm animos hominum oratio- ne convertere.
			Consilia maximis de rebus explicat. Languentes animos excitat.
			Effrenatos coercet, & cupiditatem frangit.
			Hortatur ad virtutem, revocat à vitiis.
			Laudat bonos, vituperat malos, & consolatur mœstos.
			Et quo maior est eius vis, ne quis e; abuzatur, Eò magis est cum probitate coniungenda.

C A P. III.

De Materia Rhetoricæ.

Artis mate- ria.	} Est ea, in qua omnis ars versatur, ne medicins morbi, & vulnera.	
		Qua in omni arte est terminata, excepta dialectica & rhetorica, qua nullis terminis sepe tenentur.
		Quare materia rhetorica sunt omnia, qua in dis- putationem cadere possunt, & quavis questio ad di- cendum proposita.

Defensio.	rium.	Impunitas.	Clementia.
-----------	-------	------------	------------

C A P. VI.

Quomodo hypothesis ad thesin revocanda sit.

Consultatio, id est, questio infinita quasi pars causa, id est, questionis finita; quia in ea continetur.

Quò fit, ut questio uniuersa totas causas sape contineat.

Ut ecce *¶ An Aristotelis philosophia sit perdiscenda, con-*
Quæstio *¶ tinet hanc:*
hæc fini- *¶ An Philosophia sit perdiscenda, qua est infi-*
ta. *¶ nita.*

Vnde id, de quo est tota questio, traducendum est ad perpetuam, seu infinitam questionem:

Nisi cum de vero ambigitur, quod coniectura quari solet.

Finita *¶ Orationes qua latissimè vagantur, sunt ornatiores.*
 revoca- *¶ Et qua de uniuerso genere dicuntur, valent ad*
 tur ad *¶ iudicium ferendum de singulis:*
 infini- *¶ Et qua de uniuerso genere probantur, de parte*
 tam: *¶ etiam probari necesse est.*
 quia *¶ Vnde excellens orator semper, cum potest, con-*
trouersam à personis & temporibus auocat.

C A P. VII.

De partibus Rhetoricæ.

Inuentio, qua est cogitatio rerum verarum, aut verisimilium, qua questionem probabilem reddant.

Dispositio, est rerum inventarum in ordinem distributio.

Eloquen- *¶ Elocutio, est idoneorum verborum & senten-*
 tiæ par- *¶ tiarum ad inuentionem accommodatio.*

tes sunt
quinque

Memoria est firma animi rerum ac verborum
ad inventionem perceptio.

Pronuntiatio est ex rerum & verborum di-
gnitate, corporis & vocis moderatio.

Iudicium non est sexta pars, Invenire,
sed tribus primis est permix- Disponere,
tum: quia non inveniet, qui non Eloqui,
iudicat. Memoria

Sunt ergo quinque oratoris complecti.
opera. Pronuntiare.

CAP. VIII.

Quibus rebus eloquentia comparetur.

Quatuor } Naturâ, id est, donis à natura tributis.
rebus. } Arte, id est, præceptis.
} Exercitatione.
} Imitatione.

Natura } Animi, celeres } Inveniendum,
præstat } motus ad } Explicandum,
Ex parte } } Exornandum, & me-
} } moria mandandum ap-
} } tos.
} } Latere firma,
} } Candoram vocem,
Corporis } } solutam linguam,
} } Oris & totius corporis con-
} } firmationem.

Qua natura dona arte perfici ac limitari possunt.

Vnde, si quis his donis non sit ita instructus; tamen
dicendi studium non spernat, cum etiam in re præstan-
tissima mediocritas honori sit.

Eloquentia comparatur.

De Arte.

Unde orta fit ars
& quid efficiat.

Ars orta est ex animadversione natura, id est eloquentia naturalis. Quare non eloquentia ex arte, sed ex eloquentia ars orta est.

Ars sola non efficit eloquentem: quia cum omnes artem habere possint, omnes possent esse eloquentes, Monet, quod omnia sint referenda, qua ad finem faciunt.

Ars ergo perficit, qua sunt à natura, dum

Indicat, qua recta sint

qua habentur à

Efficit, ne fortuito dicamus, & ut semper parati simus.

Est itaq; ars certior dux, quam natura.

Natura

Studio

Exercitatione.

C A P. X.

De Exercitatione.

Exercitationis.

Effectus: perficit, & conservat, qua ars excolitur in natura.

Utilitas sine ea nihil est egregium, nihil perfectum, sine qua nemo eloquentiam assequetur

1. Sumatur causa tractanda similis earum, qua ad oratorem deferuntur.

Ratio sine modus.

2. Non dicatur ex tempore: quia perverisè dicendo, discitur perverisè dicere.

3. Sumatur igitur spatium ad cogitandum, ut accuratius dicatur.

4. Sed

4. Sed praestat scribere, cum stylus sit optimus dicendi effector.

Est autem } Alia orationis,
Exercitatio } Alia actionis,
triplex. } Alia memoria.

C A P. XI.

De Imitatione.

Imitatio-
nis.

Vtilitas, quia sine ea nemo satis proficere potest.

Proponatur aliquis summus in arte imitandus, quem tota mente imitueamur.

Ratio si-
ve modus.

Qua sunt in eo summa, diligenter persequamur.

Qui hanc similitudinem esse volunt, crebro de magnis rebus scribant, & dicant.

Imitatio
est duplex.

Altera orationis, de qua dictum est

Altera actionis, qua omnis deformitas in agendo removetur.

C A P. XII.

De Inventione.

Oratoris
munera
sunt duo:

Primum, invenire ea, quae valeant ad fidem faciendam: quae speciatim fit in proposito.

Altera mo- } Modestia, } Praesenti.
vere ampli- } de malo }
ficando, quod } Metus, } Imminenti.

fit in causis: } Voluptas, } Praesenti.
Morus autem } de bono }
quatuor sunt } Cupiditas, } Venturo.

species.

Est itaque $\left\{ \begin{array}{l} \text{Molestia, opinio recens presentis mali.} \\ \text{Voluptas, opinio recens presentis boni.} \\ \text{Metus, opinio impendentis mali.} \\ \text{Cupiditas, opinio venturi boni.} \\ \text{Opinio autem, est imbecilla assensio.} \end{array} \right.$

C A P. XIII.

Quid Inventio, Argumentum & Argumentatio.

Quid sit. $\left\{ \begin{array}{l} \text{Inventio, est cogitatio argumenti.} \\ \text{Argumentum, est probabile inventum ad faciendam} \\ \text{fidem.} \\ \text{Fides, est firma opinio, qua argumentatione gignitur.} \\ \text{Argumentatio, est argumenti explicatio, qua apud} \\ \text{Oratores est fusior, quàm apud Dialecticos.} \\ \text{Argumenta sumuntur ex locis.} \\ \text{Locus, est argumenti sedes: seu nota, qua indicatur,} \\ \text{quid in rebus peruestigare debeamus.} \end{array} \right.$

C A P. XIV.

Quotuplicia sunt argumenta.

$\left\{ \begin{array}{l} \text{Argumenta alia sunt} \\ \text{In eo ipso, de quo agitur, & ideo insita dicuntur: ut si probes eloquentiam esse expectandam, quia est ars bene dicendi.} \\ \text{Extrinsecus assumuntur, quæ remota vocantur: ut si idem probes, quia Arist. id dixit.} \end{array} \right.$

C A P. XV.

De numero locorum.

Loci $\left\{ \begin{array}{l} \text{Intrinsici sunt} \\ \text{A definitione,} \\ \text{Partium enumeratione.} \\ \text{Notatione,} \\ \text{A contrariis.} \\ \text{Adiunctis.} \\ \text{Antecedentibus.} \\ \text{Consequentibus:} \end{array} \right.$

sexdec.

sexdecim.	Coniugatis,	Repugnantibus.
Extrinsici sex.	Similitudine, & dissimilitudine.	A comparatione, ratione, & Tabula,
	Prauidicia,	lusiurandum,
	Fama,	Testes.
	Tormenta,	

C A P. XVI

De Definitione.

Quid sit	} Est oratio, qua id, quod definitur, explicat quid sit: ut ista oratio. Doctrina bene dicendi, qua explicat, quid sit Rhetorica.	
		1. Invenitur aliquid commune rei, qua definienda est, & aliis rebus: ut doctrina vel ars, in definitione Rhetorica.
		2. Invenitur aliquid, quo id, quod definitur aliis differt: ut est, bene dicere, in illa definitione.
Quo modo fiat.	3. Latius definit orator, quam dialecticus: & verbis non solum propriis, sed etiam transfatis.	
	Est autem definitio oratori necessaria: quia saepe explicanda est res, de qua quaritur. Si vis probare ius civile esse utile, ipsum definias hoc modo. Ius civile est cognitio aequitatis. At cognitio aequitatis est utilis: igitur & ius civile.	
Definitio.	Argumentum à definitione hoc modo ducitur.	

C A P. XVII.

De partium Distributione.

Partium distributio est, cum aliquod genus, sive totum in suas partes distribuitur ut virtus, sive honestum in quatuor partes, id est, in iustitiam, prudentiam, fortitudinem, & temperantiam.

In argumento à partium distributione sumenda sunt omnes partes, ita ut nulla relinquatur.

Vt si velles probare calliditatem non esse virtutem: diceres, calliditas non est iustitia, nec prudentia, nec fortitudo, nec temperantia, igitur nec virtus.

C A P. XVIII.

De Notatione.

Notatis seu Etymologia verborum originem inquiri.

Ea sæpe oratores & poëta utuntur, hoc modo:

Consul est, qui consulis patria: non igitur Pise consul, qui eam evertit.

C A P. XIX.

De Conjugatis.

Coniugata dicuntur, quæ sunt ex verbis generis eiusdem: ut sunt, quæ ora ab uno variè commutantur: ut sapiens, sapienter, sapientia.

Argumentum deducitur hoc modo: Cùm esset causa consularis & senatoria, opus erat auxilio consulis & senatus.

Item, pietas laudanda: igitur, & qui piè agit.

C A P. XX.

De genere & forma.

Genus est, quod sui similes communiione quædam, specie autem differentes, duas, aut plures continet partes.

Quid sit

Partes quas genus amplectitur, forma dicuntur: ut virtus est genus, partes, sunt prudentia &c. unde.

Forma, est pars, generi subiecta.

A genere sic sumitur argumentum: virtutis laus in actione consistit: igitur & prudentia laus in actione consistet.

A forma, quod iustitia est, utique virtus est.

CAP. XXI.

De similitudine & dissimilitudine.

Similitudo.

Et, qua traducis ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile.

Ab ea sumitur argumentum hoc modo: ut morbo affecti cibi suavitatem non sentiunt; ita, avari gustum laudis non habent.

Ex dissimilitudine, seu differentia, hoc modo: si barbarorum est in diem vivere, nostra consilia sempiternum spectare debent.

CAP. XXII.

De Contrariis.

Adversa qua inter se maximè distant: ut Privata sunt habitus eius priva tio: ut Qua in-	Bellum. Pax. Argum Virtus, Viciu. Vita & mors. Lux & Argum. tenebra.	Bellum est perniciosum, igitur pax expetenda. Virtus sequenda, igitur vitium fugiendum. Non sunt ultiores mortis: qui vitam non restituant, si possint. Si in accepto est			
			Qua in-	Datum,	qua-

quatuor sunt genera.	Ter se con-	feruntur	[acceptum.	Argum.	laus erit etiam in
	seu relata:	ut	Dux,		dato.
	Negan-	tia, quo-	rum		Si discere est ho-
	unum ne-	gat alse-	rum		nestum, ergo & do-
			Hoc est.	Argum.	} Est probus, qua-
			Hoc non		} re non est impro-
			est.		bus.

C A P. XXIII.
De Adjunctiōe.

Adjuncta	Sunt ea, qua cum	} Tempus, locus, apparatus, col-
	re sunt coniuncta:	} loquia, robur, pallor, &c.
	ut,	} Animo, ut virtus, vitia.
	Latissimè patent,	} Corpore, ut pulchritudo, de-
	qua sumuntur ab	} formitas, &c.
	Argumentum. Vesperivivus est cum gladio stipatus, &c. ergo occidit. Est incredibilis virtute, constantia, & gravitate praeclitus, igitur fœdera non rupit.	

C A P. XXIV.
De antecedentibus, & consequentibus.

Antecedentia sunt ea, qua sic antecedunt consequentia; ut cum ipsis necessariò cohæreant: in quo ab adiunctis distinguuntur.

Argum. Ortus est Sol, igitur dies est.

Consequentia sunt, qua rem necessariò consequuntur: ut, Dies est, igitur ortus est sol. Luculentam accepisse plagam declarat cicatrix.

CAP. XXV.

De Repugnantibus.

Repugnantia, neque certa lege, neque numero inter se diffident: quâ ratione à contrariis & dissimilibus discernatur: ut, amare, nocere & ledere repugnant.

Argum. Amat illum, igitur non insectatur convitiis, non ladit.

CAP. XXVI.

De Causis.

Est, qua sua vi efficit id, cuius est causa: ut ignis, ardoris; cruditas, morbi.

Finalis, cuius gratia fit aliquid: ut hominis beata vita.

Arg. Homo est factus ad contemplandum, ergo non ad pastum.

Efficiens, à qua aliquid est: Sol diem efficit.

Arg. Senectus caret poculis, quare & temulentia.

Forma est ratio rei, & nota, per quâ res est id, quod est, & ab aliis distinguitur.

Arg. Animus hominis est immortalis, igitur ad æternitatē beata vita aspirat.

Materia est, ex qua, & in qua res sunt, ut statua as. Arg. Corpus est mortale, ergo ab eo animus est sevocandus.

Causa Est quadruplex.

CAP. XXVII.

De Effectis.

Sunt ea, qua oria sunt de causis: ut dies à Sole.

Sunt

Effecta *Sunt numero totidem, quot causarum genera, cum quavis causa suum habeat effectum.*
Cognoscuntur per suas causas: quoniam qualibet causa suum ostendit effectum: ut Bellum est effectus pacis, qua est finis belli: dies Solis, homo, corporis & animi.
Argumentum sumitur hoc modo: Virtus parit laudem, ergo sequenda; voluptas infamiam gignit, igitur fugienda.

C A P. XXVIII.

De Comparatione.

Hic locus tractatur tripliciter.

A Comparatione maiorum: Si non convenit maius, neque minus convenit. Vt, Clari cives Saturnini & aliorum sanguine non se contaminarunt, imò honestarunt: igitur ne is qui Cæcilinam, qui fuit civium interfector, occiderit.
Minerum: Si quod minus videtur convenire, convenit etiam id, quod magis: Vt, Surgunt de nocte latrones, ut homines iugulent, tu, ut te ipsum serves, non exporgisceris?
Parium, qui locus nec elationem, nec submissionem habet: ut, Non licuit Mamertinis fœderatis imperare navim, ergo nec Tauro-minitanis fœderatis imperare licebit.

C A P. XXIX.

De argumentis remotis.

Remota, sive assumpta dicuntur sine arte, non quòd sine arte tractentur, sed quòd ea non parit oratoris ars.

Qua

Argumenta } *Qua Cicero nomine testimonii complectitur :
 sed Quinctil. divisit in praiudicia , testes , &c.
 Quae, ut ex se arte carent, ita eloquentia vi-
 ribus saepe allevanda , & refellenda sunt.
 Olim oratores cum causas in iudiciis age-
 bant, qua ad hoc genus rerum pertinebant, me-
 ditata habebant : nunc iudiciis ad Iureconsul-
 tos translatis, cognoscenda sunt, ad oratorum
 scripta intelligenda.*

C A P. XXX.

De præiudiciis & testibus.

Praiudiciorum } *Rebus, qua aliquando ex paribus
 causis sunt indicata, qua exempla re-
 ctiùs dicuntur.
 vis omnis tribus } Iudiciis, ad ipsam causam perti-
 generibus conti- } nentibus, unde etiam nomen ductum
 netur. } est : ut in Miloniana
 } Aut, cum de eadem causa est pro-
 } nuntiatum.
 De testibus. } *Olim oratores multa pro testibus, &
 } contra testes dicebant, ut patet in orat. pro
 } Flacco.
 } Nunc iudiciorum mutata ratio facit, ut
 } ne is labor sit necessarius.**

C A P. XXXI.

De Usu & utilitate locorum.

Qui vult in dicendo excellere, habeat locos paratos, & expeditos.

Vbi res ad dicendum proponitur, inspiciendi sunt diligenter omnes loci, unde argumenta sumuntur.

Qua

Qua ei facillè occurrent, qui locos cogitatione sepeferit, & studium ac diligentiam adhibuerit.

C A P. XXXII.

Qui modus in argumentis adhibendus.

Hac argumentorum copia non est imprudenter utendum, & non solum invenienda, sed etiam iudicanda sunt.

Siquidem non semper, nec in omnibus causis, ex iisdem, argumentorum momenta sunt.

Vnde leuia, aliena, & inutilia refecunda sunt: habeatur igitur cum iudicio selectus.

Et quia iidem loci valent ad faciendam fidem, & motum: & non facillè, qua ad movendum affectus conferunt, cognoscuntur, de affectibus movendis dicendum est.

C A P. XXXIII.

De Affectibus.

Maxima vis existit oratoris in hominum mentibus permovendis, quod amplificatio fit.

Amplificatio est gravior quadam affirmatio, qua motus animorum conciliet in dicendo fidem.

Qua verborum & rerum genere fit: de verbis dicetur, cum de elocutione ageretur.

Rerum amplificatio sumitur ex locis, qui valent ad fidem faciendam: definitionibus conglobatis, à consequentium frequentatione, &c.

à C A P. XXXIV. ad XL.

De locis unde sumuntur amplificationes.

A definitionibus conglobatis, cum aliquid variis modis definitur: ut, Historia est rellis temperum, lux veritatis, vita memoria, & magistra vita.

A con-

A consequentium frequentatione, cum plura consequentia conglobantur.

A contrariarum rerum consiliione: ut Inertes homines fortissimis insidiari, stultissimos prudentissimis, ebrios sobriis, dormientes vigilantibus.

A dissimilium & inter se pugnantium rerum consiliione: ut in 2. Phil. O terra ipsa misera, &c. Eundem laudes & laudares, & virum optimum, & hominem improbum esse dices.

A causis conglobatis, & his, qua sunt orta de causis cum multa causa, & multa effecta conglobantur.

A similitudine, & exemplo, cum multa similia frequentantur, & exempla conglobantur.

CAP. XL.

Quae sint ad amplificandum adhibenda.

Si causa patitur, adhibenda magna: quorum alia sunt magna	Natura	ut	Vsu hominum:	ur sunt ea, quae vel multum	†	Horum tria sunt genera nam homines moventur aut	charitate erga Amore coniuges erga Honestate virtutis & maxime	Divina, caelestia: Quae habent causas occultas. Quae sunt admirabilia in terris;	Profunt	Obsunt,	†	Deum, Patriam, Fratres Coniuges, Liberos, Iustitia, Liberalitatis	hominibus. †	Retinendis, Amittis, Periculo amittendi,

C A P. XLI.

Quid in amplificatione servandum.

	<i>In amplificatione nihil nimis enucleandum est: minuta est enim omnis diligentia: hic autem locus grandia requirit:</i>	
	<i>Vnde iudicio est opus, ut videamus quo genere, quæ in causa utamur agendi</i> †	
+ Unde	<i>In exornatione tractantur loci, qui</i>	Admirationem, Expectationem, & voluptatem, Bonorum & malorum. enumeraciones.
	<i>In deliberatione</i>	<i>Vbi exempla plurimum valent.</i>
	<i>In iudiciis al-</i>	<i>Accusatore, qua ad iracundiam: Reo qua ad miserationem pertinent. Sed interdum ille ad misericordiam, hic ad iracundiam movet.</i>

C A P. XLII.

Cur quædam inventionis præcepta ad causarum genera dentur accommodata: & de dignitate exornationis.

†	<i>Est ex supradictis locis omnis ad omnem orationem maneat Inventio:</i>
	<i>Tamen facilitatis causa seorsim præcepta de singulis generibus dantur.</i>
	<i>Est latum & spaciosum, quod non solum ad homines laudandos, sed etiam animalia, & animâ carentia adhibeatur.</i>

Nul-

Nullum est genus hoc uberius ad dicendum, aut quod
utilius civitatibus esse possit.

Conficitur hoc genus magis ad motus animi leniret
tractandos, quàm ad fidem faciendam. Proprium enim
laudis est res amplificare, & ornare.

Genus Exornationis.

Ante vitam à Patria
Parentibus
Maioribus
Huc pertinent aracula, responsa, & si-
gna, qua futuram claritatem indicant.

ca. 43.

Externis, ut sunt, Educatio, Habuit, bene usus
Opes, divitiæ, est, non superbe.
Potètia, Si, &c.
propinqui, Non habuit, pa-
Gratia, cienter tulit, ut
&c. amisit.

In vita à
bonis, Corporis,
ut:

Forma, qua præcipuè lauda-
tur, cum sit virtutis signum.
Viribus, sed horum levior est
Valerudine, laus, quàm qua à
&c. virtute proficiendi-
tur.

ca. 44. Animi,
seu à vir-
tute qua,
vel

Prudètia, quæ est
rerum expedienda-
rum, & fugienda-
rum scientia.

est

Virtus
cogni-
tionis,
ne,

Sapiètia, qua
est rerum divi-
narum huma-
narumq; sci-
entia, cuius quæ-
comites sane-
tia.

ca. 45.

Huc

Actionis
cuius
partes
sunt

Cap. 46.

Huc pertinent studia
omnium bonarum ar-
tium.

Iustitia, qua dat cuique suum, cui- us par- tes sunt	Religio in Deum.
	Pietas in parentes.
	Fides in rebus cre- ditis.

Fortitudo, qua labores, & pericu- la cum ratione su- scepit.	Lenitas, amicitia,
	Temperantia, qua libidines franat.

Verecundia qua est
virtutum custos.

Sumi-
tur laus
à loco
virtu-
tis.

Si cuique virtuti propria laus à pro-
prio officio & munere sumpta, tribua-
tur.

Si res gesta laboriosa, cum periculo, sine
spe pramii, & aliorum causa sumpta lau-
dentur.

Si adversi casus patienter & sapienter to-
lerati.

Cap. 47.

Si suman- tur laudan- da, qua sint	Novitate magna.
	Magnitudine praestantia, Genere ipso singularia:

Si cum aliis praestantibus viris fiat compa-
ratio.

Cap. 48.

Genus ipsum mortis, &
Qua | Habiti honores.

A tem-

{ A tempore post vitam confide- rantur.	} mortem } conse- } cuta } sunt : } ut	} Decreta virtutis premia, } Res gesta, hominum iudicio com- } probata. } Filiorum institutio, artium in- } ventio, & instituta.
--	--	--

CAP. XLIX.

De laude urbium.

{ Laudan- } tur ur- } bes, à	} Conditoribus, } Vetustate, } Viris illustribus, & eorum gestis. } A situ & munitione.
------------------------------------	--

CAP. L.

De Deliberatione.

{ Præcepta de exornatione tradita conferunt etiam ad } sententiam dicendam: quia, qua laudantur, svaderi } solent. } In deliberando finis est dignitas, ad quem omnia re- } feruntur in consilio dando. } In svadendo, & } dissvadendo tria. } spectanda sunt:	} Quis sit, de quo deliberetur. } Qui sint, qui deliberent. } Quis sit, qui svadeat.
---	--

CAP. LI.

De re, de qua deliberatur.

Dere, In	{ Aut certum est posse fieri: & } tunc potest esse dubium de } Aut incertum, & } tunc solemus prius } ostendere.	} Tempore & } Modo. } Etiam si fieri possit, non de- } bere. } Deinde non posse fieri,
----------	--	--

In

- In svadendo tres sunt partes.
1. Fieri posse, & facile: quia difficilia sunt perinde, ac si fieri non possent.
 2. Esse honestum.
 3. Esse utile, ubi etiam magnitudo demonstratur, in qua etiam necessitas apparet.

C A P. LII.

De his, qui deliberant.

Diversi sunt deliberationum animi, sive plures, sive singuli deliberent: quia

- | | | | | |
|-----------------|--|---------------------------------------|--|---|
| In | Singularis, an | Pluribus multum interest, an | Senatus.
Cato,
Cicero,
Caesar; idè + | Populus.
Romani, an Galli deli-
berent. |
| | | | | |
| + Intuenda sunt | Sextus
Dignitas
Ætas, Et
maximè
mores. | Duo enim
sunt homi-
num genera: | Alterum agreste, quod an-
tefert utilitatem honesta-
ti. | Alterum expolium, quod
de rebus omnibus dignita-
tem anteponit. |
| | | | | |

C A P. LIII.

De prima parte svadendi.

- | | | | | |
|---------------------|---|--|---|---------|
| Honestas | Mirabiles sui amores excitaret, si oculis cer-
retur; sed ob vitiatam naturam coheretione ip-
sorum opus. | Hominos honestos facile est persuadere; at
apud | A laude, &
Vilitate
Vulgi opinione. | futura. |
| | | | | |
| Honestatem
a; ud | Turpes non
ita: unde non
sunt aperitè ob- | | | |
- iurgan-

	iurgandi: sed	Obiciendo metum, quo ho-
	movere pos-	mines levissimi facile ter-
	sunt	rentur.
Inter- dum quari- tur, quid sit honestus.	}	Officium, quod scientiâ & cognitione conti-
		netur, postponitur.
		Officio, quo hominum
		societas & contractio con-
	servatur: cuius partes sunt	} Deum, Patriam, Parentes, & sic deinceps.
	officium erga	

CAP. LIV.

De Utilitate.

Utilitatis partes pro	}	Eo, qui sua-	}	} Soler etiam quari, utrum utilius. †
		det, sunt		
		Eo, qui disva-	}	
		det, sunt		Difficile, Parvum, Iniucundum Periculosum

Cum utilitatis species cum honestate certat: Qui

} Utilitatem defendit, enumerabit,	} Commoda pacis, opum, potentia, & res, quarum fructum utilitate metimur.

Exercitatio defendendi utilitatem contra honestatem est utilis

utilis scholis : quia iniquorum ratio cognoscenda est ; ut melius aqua tucamur.

C A P. LV.

De eo qui svadet.

Svadere & diffua- dere, est viti	{ Sapientis, { Honesti, & diserti, { Vita illustris, Claram genus, Ætas, & dignitas, Summisiorem quendam modum postulant :	{ qui pos- sit { Mente providere, Auctoritate proba- re. Oratione persuade- re. Expectationem afferunt : sed videndum est, ne que dicuntur ab eo, qui dicit, dissentiant. †
Cujus viti	{ Nam, quæ in aliis libertas est, in alijs licentia vo- catur. Et quibusdam sufficit auctoritas : quosdam ratio ipsa agrè tucatur.	
† At his contra- ria		

C A P. LVI.

Quædam in deliberatione servanda.

{ Ad consilium dandum, caput esse, nosse Rempublicam. Ad dicendum probabiliter oportet noscere mores ci- vitatatis. Qui, quia mutantur, etiam orationis genus mutan- dum erit. { Sine maiori apparatu dicendum. In Se- natu { Sapiens enim est consilium : & alijs dicendi dandus est locus. Viranda est ingenij ostentationisque suspi- cie.

Cencio

Cencio { *Omnem* | *Vim,*
 { *oratio-* | *Gravitatem,*
 { *nis* | *Varietatemque* } *desiderat.*
 { *Et eius maxima pars ad animorum motus*
 { *admovenda est.*

Ad persuaden-
dum vim maxi-
mam habent
exempla.

Aut recentium, qui notoria
sunt:

Aut veterum, quo plius auto-
ritatis habent.

Quia eorum mutata est ratio,
et ita minus sunt necessaria.

Et ex supradictis locis intelligi
possunt.

Et ex iis, qua de partibus ora-
tionis dicuntur.

De his, qua iudi-
cij accommoda-
ta sunt, nihil est
dicendum.

TABULÆ LIBRI SECUNDI

CAPUT I.

De Dispositione.

EST oratori maximè necessaria: non secus ac duci
 exercitūs instructio, ne confusè, et perturbatè di-
 cat.

Est autem dispositio, rerum inventarum distri-
butio.

Cuius in infinita quaestione ordo est serè idem, qui ex-
positus est locorum.

In definita adhibenda sunt etiam, qua ad motum
animi-

| *Exercitio, in quo fit motus.*

{	rum perti-	{	Narratione	} qua docent.
	nent : quo		& Confirmatio-	
	fit, ut ut a-		ne.	
} mur,		} Peroratione, qua fit motus.		

C A P. II.

De Exordio.

Exordium.	{	Est oratio animi auditoris idoneè comparans ad		
		veliquam dictionem.		
{	} Quod tribus maxi-	} Benevolam,	} Benevolentiam,	} Meritum,
Benevolè audiet, si captabitur benevolentia †				
† à per-	} Nostra	} Auditorum	} Quod fiet	} Officia,
} Magnis,	} Necessariis.	} Et contraria in	} adversarios con-	
				} Utilibus rebus, etiam ipsis auditoribus, non
De qua re sumus dicturi, ostendemus,				
} Proposuerimus, & breviter distribu-	} mus.	} Definiverimus.	} Intelligenter si	} Auditor.

C A P. III.

De Generibus causarum.

Causarum genera, pro quo-	{	Honestum, quod per se conciliat animi au-	
		ditoris.	
} Dubium, vel anceps, in quo opus est lenitate.	} Intelligenter si	} Auditor.	} Causarum

rum

rum ratio-
ne variè
exordien-
dum est,
sunt
quinque

Obscurum, quod docilitatem requirit.
Humile, quod attentionem postulat.
*Admirabile, quod est præter hominum opinio-
nem, sub quo etiam turpe continetur, quod in-
sinnationem postulat.*

Qua latenter animum auditoris occupat.

Qua { *Si causa, vel persona sit turpis, quorum
alterum iuvabit.*
ur- { *Si animi auditorum adversariorum ora-
mur,* { *tionem sint occupati; vel fatigati.*

Spe brevitatis,

Si sint de- { *Si promittemus adversariorum
fessi, quos* { *argumenta consuturos.*

recreabi- { *Si urbanitatem opportunam ad-
mus,* { *bibebimus.*

CAP. IV.

Cujusmodi Exordia esse debeant.

Accurata & acuta.

Instructa sententiis, & apta verbis.

Sint causarum propria.

*Sumantur ex his causa locis, qui valeant ad
leniter alliciendum & incitandum auditorem,
quod maxime exordia spectant.*

Bona
erunt
exordia,
si

CAP. V.

De vitiis Exordii.

Exor-
diorum
vitia sunt
septem,

*Vulgare, quod in plures causas potest accom-
modari.*

*Commune, quod etiam in contrariam partem
causa potest convenire.*

Commutable, quod potest ab adversario levi-

ter mutatum, ex contraria parte dicitur.
Longum, quod pluribus verbis, ultra quàm satis est, producitur.

Separatum, quod non ex ipsa causa ductum est, nec tanquam membrum est annexum.

Translatum, quod aliud conficit, quam causa genus postulat.

Contra præcepta, quod nihil eorum efficit, quorum causa de exordijs præcepta traduntur.

C A P. VI.

De exordio in genere judiciali.

Curandum est, ut exordia ex visceribus causa sumantur.

Laudatio, & conciliatio iudicis ad utilitatem causa coniunguntur.

Allegantur pro honestis, dignitas: pro humilibus, iustitia: pro laetis, severitas: pro infelicibus, miseria, &c.

Interdum removetur metus; interdum verò adhibetur.

Non est ostentanda cura in principio.

In honestis & parvis, atque frequentibus causis non adhibetur exordium.

In hoc genere

C A P. VII.

De exordio in exornatione & deliberatione.

Exordia sunt maximè libera, & ex re vicina, & longè remota duci possunt.

Sape nulla, aut brevissima esse debent, cum non supplex, sed hortator veniat orator.

Qua mente sit dicturus.

In hoc genere

Cum

Narr
fundat

Quæ tribus rebus constat:

Cum prin- { Quid velit ,
cipio ute- { Quibus de rebus ,
tur, propo- { Horretur ad se breuiter dicentem
nat } audiendum.

CAP. VIII.

De Narratione.

Narratio est rerum explicatio, & quadam quasi sedes ac fundamentum constituenda fidei. †

† Quæ tribus rebus constat :	Brevitate : erit brevis, si	{	Constet simplicibus verbis; Semel unaquaque res dicatur.
			Resecentur, quæ nec cognitioni, nec utilitati detrahant.
	Perspicuitate : erit perspicua, si	{	Brevitas tamen non sit inornata, & indocta.
			Verbis usitatis utemur.
	Probabilitate : erit probabilis, si	{	Ordo temporum seruetur :
Non interruptè narrabitur, Quæ narrantur, personis, locis, & rebus convenient :			
† Per hæc efficitur, ut auditor	{	Cuiuscunque facti & eventus causa ponetur : & restata dici videbuntur :	
		Cum opinione, lege, religione erit coniuncta :	
			Probitas narrantis.
			Antiquitas, orationis veritas, & vitæ fides significabitur.
			Intelligat,
			Meminerit,
			Credat,
			Admiraciones,

Sic etiam incun- da, & suavis: ta- lis erit, si conti- nebit	Expe&ationes, Motus animorum, Colloquia personarum, Dolores, laticias, &c.
---	---

C A P. IX.

Quando Narratione utendum est.

In	Judicij non est opus narratione, si res sit nota, vel ad- versarius narravit. Exornatione, nulla narratio necessario sequitur exor- dium: sed aliqua in recensendis factis potest incidere. Deliberatione, nulla est narratio, cum narratio sit prateritorum: extrinsecus tamen in deliberatione multa narrari possunt. Privata deliberatio certe nunquam narrationem exigit. In concionibus saepe illa, qua ordinem rei docet, est necessaria.
----	---

C A P. X.

De Confirmatione.

Confirmatio	Est, in qua firmamenta causa afferuntur; dum qua contra nos sunt, refellimus, & nostra confirmamus. Confirmatio & consuetatio, naturâ, tractatione, & utilitate sunt coniuncta. Tota spes vincendi, & ratio persuadendi in hac par- te est sita, cum in ea nostra confirmemus, & contraria solvamus. Verumque commodè fieri potest, cum causa consuetu- tio, siue status cognoscitur.
-------------	---

CAP. XI.

Quid sit status.

Status { *Est questio, qua ex prima causarum constitutione nascitur.*
 { *Vt si intentio accusatoris sit coniurasti cum Catilina, depulso defensoris, Non coniuravi: oritur questio, an coniuraverit.*
 { *Qua questio vocatur constitutio, & status.*
 { *Dicitur status, quòd ibi sit primus causa congressus, vel quòd in causa sistat.*

CAP. XII.

Quot sint status.

Cùm tria sint, qua in omni disputatione quaruntur, sit nec ne, quid sit, quali sit †

† tres etiam sunt status { *An sit: an Clodius insidiatus sit Miloni: ubi opus est coniectura; & ideo coniecturalis dicitur.*
 { *Quid sit aliquid, & quo nomine afficiendum: ut fuerit Caesar tyrannus, vel Rex: qui dicitur status definitionis.*

{ *Quale sit: & dicitur qualitati; ubi quaritur de* { *Utilitate,*
 { *Honestate,*
 { *Equitate,*
 { *Et de contrarijs.*

Qualitatis partes sunt duæ, { *Absoluta, cùm id quod factum est, nulla ratione extrinsecus petita, rectè factum esse demonstratur.*

{ *Assumptiva, cùm aliquid necessariò foris assumitur, ut probetur rectè factum.*

C A P. XIII.

De Ratione, firmamento, & iudicatione.

In statibus :

Ratio dicitur ea, qua assertur à reo depellendi criminis causa, sine qua non haberet, quid defenderet.

Firmamentum, quod assertur contra ad labefactandam rationem: sine quo accusatio stare non potest.

Ex utriusque consilitione & concursu oritur questio quadam.

Iudicatio est questio illa, qua oritur ex ista consilitione: sic dicta, quod in iudicium veniat.

Ad iudicationem omnis ratio totius orationis conferenda est: ac propterea reperienda est.

In coniectura nulla est disceptatio: quia cum negatur factum, non redditur ratio.

Vnde in causis coniecturalibus, eadem est prima questio, & disceptatio extrema.

C A P. XIV.

Quæ & quot questiones oriantur ex scripto, & quo statu contineantur.

Ex scripti interpretatione quatuor modis oritur contentio: vel

Cum defenditur scriptum, non dicere, quod adversarius vult: dicitur ambiguum.

Cum scripto opponitur voluntas scriptoris: discrepantia scripti & voluntatis.

Cum scripto contrarium scriptum assertur: scriptura contraria.

Cum ex eo, quod est scriptum, aliud non scriptum deducitur, quod ratiocinatione fit: dicitur ratiocinatio.

Hæc quatuor controversiarum genera semper in qualitatis statum cadunt.

CAP.

C A P. XV.

Quomodo status tractentur.

Judicatione constituta, eam sibi ob oculos proponat orator, quò omnes argumentatione ex locis reperta conjiciantur.

Quos locos qui habebit in mente defixos, omnia videbit, qua in re proposita dici possint.

Argumenta ita collocabit, ut firmissima in principio, qua excellunt in extremo loco, mediocria in medio ponantur, vitiosa nullibi.

C A P. XVI.

De Argumentatione.

Argumentatio est argumenti explicatio, vel artificiosa expolizio: cuius partes sunt

*Ratiocinatio.
Inductio.
Enthymema.
Exemplum.*

Qua conficitur ex locis: si certa aut probabilia sumptis, quibus efficias, ut quod dubium, aut minus probabile est, probabile videatur.

Pro certis hac habemus.

Primum, qua sensibus percipiuntur ut qua videmus, audimus.

Deinde, qua communi opinione, & sententia sunt comprobata.

Præterea, qua legibus cautæ sunt: qua in mores recepta.

Et denique id, quod est probatum, cui adversarius non contradicit.

Vnum firmissimum, quod ferè semper accidit: ut liberos à parentibus amari.

*Alium velut propensius, eum qui re-
tè valet, in crastinum perventurum,*

Probabilium genera sunt tria.

Tertium, tantum non repugnant, ut in
domo furtum factum ab eo, qui domi fuit.

C A P. XVII.
De Ratiocinatione.

Ratiocinatio, quam Græci syllogismum, & Epicherema vocant, constat

{	Propositione, per quam locus ponitur, ex quo tota vis ratiocinationis emanat.
	Propositionis confirmatione.
	Assumptione, qua, quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur.
	Assumptionis approbatione.
{	Complexione, qua, quod conficitur ex omni argumentatione, breviter exponitur.

C A P. XVIII.
Quot sint partes ratiocinationis.

Parum refert, siue tripartitam, siue quinque partitam dicat.

Commodior tamen est illa partitio, qua in tres partes distributa est: ita ut propositio & assumptio cum suis probationibus duas faciant partes.

Si probationes seorsim sumantur, erit quinque partita.

Cum propositio, & assumptio sunt nota, conficitur ratiocinatio missis confirmationibus.

Non semper incipiendum est à propositione, sed etiam à complexione, & assumptione, ut vitetur similitudo satietatis mater.

C A P. XIX.
De Enthymemate.

Est imperfectus syllogismus, vel syllogismi pars.
Vade si una ratiocinationis pars auferatur, fiet Enthymema: ut, eloquentia est ars, igitur expectanda.

Opti-

Enthymema.

Optimum Enthymema illud est, quod fit ex pugnantibus, & quod etiam solum Enthymema quidam per excellentiam vocant.

Vt, Quem alienum fidum invenies, si tuis hostis fueris: Enthymema, latinè commentum, & commentatio: quo nomine bipartita significatur argumentatio: sic dicta, quòd in animo maneat illa pars præterita.

CAP. XX.

De Inductione.

Est oratio, qua ex rebus non dubijs capiat assensionem auditorum: qua assensione facit, ut dubia propter similitudinem rerum, quibus assenserit, probentur.

Vel est argumentatio, qua ex pluribus collocutionibus pervenit, quo vult.

Inductio

Fit interrogazione & responsione oratoris, hoc modo:

Hic modus argumentandi est poetis frequens, quo Socrates plurimum usus est.

Sed sunt duo diligenter cavenda.

Quod pomum generosissimum; puto, quod optimum.

Et equus? qui velocissimus.

Et plura in eundem modum, deinde id, cuius gratia illa posita sunt.

Ita hominum, non qui claritate nascendi, sed qui virtute maxime excellit, erit generosissimus.

Primum, ut qua sumuntur, eiusmodi sint ut sit necesse concedi.

Deinde id, cuius confirmandi causa fit inductio, sit eius, qua sumuntur, simile.

CAP. XXI.

De Exemplo.

Est inductio imperfecta: vel inductio rhetorica.

In quo, ab uno simili argumentamur ad aliud.

Ut, Milo non est condemnandus, quòd hominem necaverit, cum nec etiam Horatius condemnatus fuerit.

Exemplum. } Differt ab enthymemate & ratiocinatione, quia in his semper aliquid universale sumitur, aut concluditur: ab inductione, quia ab una tantum re simili procedit.

Unde fit, ut sit quartum argumentationis genus.

C A P. XXII.

De Epicheeremate.

Græci interdum argumentationem vocant Epicheerema. Et nonnunquam eam, quam Cicero ratiocinationem appellat.

Aliquando verò Epicheerema vocatur brevis ratiocinatio, cuius omnes partes in unam conferuntur; ut si dicas:

Sine causa servus dominum accuset: Quæ argumentatio addendo alias partes, ad ratiocinationem reducitur.

C A P. XXIII.

De Sorite.

Multas argumentationes acervatim convolvit, & amplectitur; unde nomen accepit: latine, acervalis.

Sorites. } Ut, quod est bonum, est expetendum: quod expetendum, approbandum. quod approbandum, laudabile: ergo quod bonum, erit laudabile.

In hoc argumento, quod Dialectici à primo ad ultimum vocant, quasi per quosdam gradus, & varias

Uarias ratiocinationes ad complexionem venitur.

CAP. XXIV.

De Dilemmate.

Dilemma

Est, in quo utrum concesseris reprehenditur: ut, si implacabiles sunt iracundia, summa est acerbitas: si autem exorabiles, summa lenitas.

Dicitur dilemma, quod ita utrinque premit, ut ex altera parte capiat adversarium; unde cornutus etiam syllogismus solet vocari; Cicero comprehensionem appellat.

Si verum sit, non potest reprehendi: falsum, diluitur, aut conversione, aut alterius partis infirmatione.

Est itaque dilemma ratiocinatio imperfecta, qua dicitur à duabus partibus contrarijs, cui si addatur assumptio, fiet ratiocinatio perfecta.

CAP. XXV.

De Confutatione.

Confutatio aliquando sumitur pro tota actione defensoris, aliquando pro ea parte orationis, qua dicta ab adversario dissolvuntur, qua propriè reprehensio dicitur.

Est autem reprehensio, qua adversariorum confirmatio

Diluitur, aut
Infirmatur,
aut Elevatur.

Hac eodem inventionis fonte utetur, quo utitur confirmatio, isdem scilicet locis.

Qua contra ab adversario tolluntur, aut

Totum quod sumptum est, negando: aut dicendum sumpta esse dubia, vel falsa, pro veris, & certis.

Non effici ex sumptis, quod concluditur. Postea singula solvenda sunt.

Quomodo argumentationes oratoriæ sint tractandæ.

Argumentandi ratio.

In oratione interdum sunt ratiocinationes breviter conclusa, & aperta enthymemata, & inductiones.

Quod, ut reprehendendum non est, ita cavendum est, ne syllogismorum & enthymematum turba sit conferta, & eodem modo semper conclusa oratio.

Adhibeatur ergo in argumentando varietas, & iucunda quadam distinctio, & verborum ac sententiarum exornatio.

C A P. XXVII.

De Peroratione.

Peroratio constat

Cuius locus proprius est in peroratione: sed & alibi adhibetur, ut post rem confirmatam vel reprehensam.

Omnes affectus hic concitandi sunt, etiam alibi, sed brevius.

Hic omnes eloquentia fontes aperiendi, ut non solum benevoli auditores se dedant: sed etiam repugnantes irabantur.

Inveniunt ad hoc efficiendum, quæ de amplificatione, lib. I. dicta sunt.

Caput est, ut orator prius in se motus excitet.

Valent etiam ad excitandum rerum absentium imagines, ita representatae, quasi oculis cernantur.

Quæ nonnunquam laudatori, suasori non sapienter, accusatori sapienter, quàm reo est necessaria.

Cuius duo sunt tempora: alterum, si diffidat memoria auditorum: alterum si frequentatis firmiter mentis, causa vim habitura sit maiorem.

Enum-

Enumeratio.

Repetitio fit per capita, ne videatur altera oratio.

Repetantur cum pondere verborum & sententiarum, ita ut non sit recta, sed variata repetitio.

In enumeratione vitanda est ostentatio memoriae.

TABULÆ LIBRI TERTII.

CAPUT I.

De Elocutione.

HOC libro agitur de elocutione, in qua orator debet excellere.

Vnde ab eloquendo, Gracè Rhetor, Latinè Eloquentis nominatur: & eloquendi vis ei soli conceditur.

Eloqui autem est, omnia, qua mente conceperis, promere, atque ad audientes proferre.

Hoc maximè arte docetur; hoc studium & exercitationem, & imitationem requirit, hoc maximè orator est oratore prastantior.

Eloquentis autem is } Probet; quod est necessitatis.
dicitur, qui ita dit, } Delectet suavitate.
ut } Flectat, victoria.

CAP. II.

Quæ in Elocutione spectanda sint.

In Elocu- } Sed de ratione puri dulcidiq; sermonis non est hic præcipiendi locus: }
- } Latine. }
- } Planè. } traditur enim doctrina puerili.

tione spe-
ctatur, ut
dicamus

Ornatè, &
ad id, quod
agitur, ap-
tè & con-
gruenter,

Harum
partium

Alteri dici postulat
ornatè : Sit incunda
Alteri In sensus
hanc ha- influat.
bet vim, Pluribus
ut oratio rebus sic in-
struita.

C A P. III.

De Ornatu.

Oratio. { Ornatur
generi pri-
mum, &
quasi colore
quodam, &
succo.
Genus di-
cendi eli-
gendum est,
quod
Sed volenti
ornatè dica-
re,

Gravis, { Sensus & dolores ha-
Suavis, { beat quantum opus est.
Erudita, { Quod non est singulo-
Liberalis, { rum articulorum, sed
Admira- { in toto hac spectantur
bilis, { corpore.

Maximè teneat eos, qui audiunt,
Quod non solum delectet :
Sed etiam sine satietate delectat.
Silva rerum primum ac sententiarum
comparanda est.
Rerum enim copia, verborum copiam
gignit.
Etsi est in rebus honestas, in verbis etiam
est splendor quidam.

C A P. IV.

De ornatu orationis.

Omnis ora- | Simplici- | unde | Singulis | Proprijs & una
tio confici- | ter, vel | unde | verbis, | cum rebus natæ,
tur

sur ex ver- bis : quo- rum ratio vel	coniuncte confide- ratur.	orna- tus est vel in	vel in con- iunctis & continua- tis: vel	aut novatis, & quasi factis.
---	---------------------------------	----------------------------	---	---------------------------------

CAP. V.

De Verbis simplicibus.

Verba
simplicia
naturâ
alia sunt.

Consonantiora, ut
moderatio quàm
modestia.

Grandiora, ut
optimus, quàm bo-
nus.

Nisidiora, ut bos,
quàm vacca.

Alia hijs contra-
ria.

Ex simplicibus
optima creduntur,
qua

Vt enim syllaba è lit-
teris melius sonantibus
clariores sunt; ita verba
ex syllabis, magis vocalia

Et quò plus quaq; spi-
ritus habet, eò pulchrior.

Et quòd facit syllaba-
rum, idem verborum co-
pulario; unum alij iun-
ctum melius sonet.

Maximè exclamant,
aut sono sūt incūdissima.

Et honesta turpibus po-
riora sūt: sordidis in ora-
tione erudita nō est locus.

Clara verò & subli-
mia materia modo cer-
nenda sunt.

Quòd enim alibi ma-
gnificū, tumidū alibi, hu-
milia circa res magnas,
apta sunt circa minores.

Sed hæc aurij iudicio
ponderanda sunt; in quo

G 7 etiam

T A B U L Æ

Verba, quæ orator
 ad orationem or-
 nandam affert.

etiam consuetudo bene lo-
 quendi valet.

Aut sunt inusitata.
 Aut novata.
 Aut translata.

C A P. VI.

De verbis inusitatis.

Inusi-
tata
sunt

Verba prisca, & vetusta, & ab usu intermissa.
 Quæ sunt Poëtarum licentiâ liberiora, quàm
 oratorum.

Quo ornamento unice Virgilius usus est.
 Habet enim in oratione poëticum verbum di-
 gnitatem, si raro, & suo loco adhibeatur: ut,
 effari, soboles, nuncupari, & alia, quibus gran-
 dior & antiquior oratio videri potest.

C A P. VII.

De verbis novis.

Nova
verba
sunt, quæ
ab eo,
qui dicit,
gignun-
tur.

Quæ sunt aut

Similitudine, ut syllaturis, fimbriaturis,
 ad similitudinem verbi, proscripturis.

Imitatione: ut, tinnio; rugio, clangor, &
 similia.

Inflexione: ut, à bibo, bibosus: mimogra-
 phus.

Adiunctione ut, versutiloquus, expecto-
 rare, Græcis magis concessum est verba fin-
 gere, sed tamen aliquando audendum est.

Si quid durius finxeris, pramunies di-
 cendo, ut ita dicam; si licet dicere, quodam-
 modo, &c.

CAP.

CAP. VIII.

De Tropis.

Tropus. *Est verbi, vel sermonis à propria significatione in alienam cum virtute mutatio.* *Ut cum dicimus* *Latas segetes: Verbum, Latas, ab homine ad segetes transfertur.*

Tropi sunt numero 11. in uno verbo septem: metaphora, synecdoche, &c. In oratione quatuor Allegoria, Periphrasi, &c.

CAP. IX.

De Metaphora.

Metaphora. *Qua latine translatio dicitur, fit, cum verbum transfertur propter similitudinem à loco, in quo proprium est, in eum, ubi non proprium, aut translatum, melius proprio est. Fit ergo aut* *Necessitatis causa, cum dicitur, est verbum proprium: ut gemmare vitas: homo durus & asper.* *Aut quia est significantius: ut incensus ira, lapsus errore.* *Aut quia decentius aut ornatus: ut lumen orationis, flumen eloquentia.*

Causa cur delectemur translati verbis, cum adsunt propria, est quòd translatio fit similitudo ad unum verbum contracta: similitudine autem mirificè capiuntur animi.

Translatio & similitudo differunt, quòd illa comparat aliquid rei, quam volumus exprimere: fecit ut leo: hac pro re ipsa ponitur; homo est leo.

Quotuplex sit translatio.

Meta-
phora est
quadru-
plex.

Cùm ab animali ad animal sit translatio: ut
si dicas hominem latrare.

Cùm inanima pro inanimis sumuntur: ut Con-
centu virtutum nihil est suavius.

Cùm pro rebus animalibus inanima; ut, Duo
fulmina belli Scipiades.

Cùm animata pro inanimis: ut, Accipiens so-
nitum saxi de vertice pastor.

Sed mira sublimitas in translatione est, cùm
rebus sensu carentibus actum, & animos damus.

Quid gladius in acie Pharsalica agebat?

Fugienda est dissimilitudo: qualis est in hac;
Cali ingentes fornicos.

Ne longè simile dicatur: non sicutim patrimo-
nii, sed potius scopulum dixerim: non Charyb-
dim, sed voraginem bonorum.

Ne sit humilis: ut saxea verruca: nec maior,
quàm res postulat: ut Tempestas comestationis:
nec minor, ut Comestatio tempestatis.

Non sit frequens & immodicus usus, qui po-
tius obscurat orationem, quàm illustret conti-
nuus in allegoriam, & anigma migrat.

Quòd si vereare, ne sis durior, mollitur dicen-
do; Vt ita dicam: debes enim translatio esse verti-
cunda; ut precario, non vi venisse videatur.

Non omnes, qua poetis conceduntur, etiam
oratoribus concessa sunt: unde orator non diceret:
aves pennis remigare, pastorem populi, &c.

Quæ sint
in Meta-
phora
animad-
vertenda.

CAP. XI.

De Synecdoche.

Synecdoche, seu
intelle-
ctio fit,
cum si-
gnifica-
tur.

Ex parte totum : ex puppi navis, ensis ex mu-
rone.

Ex uno plures : Romanus pralio victor : hostis
habet muros.

Ex forma, seu specie genus : Sabellicus sus,
pro quovis.

Ex materia res universa : pinus, navis ; auro,
aurea pecunia ; ferro, gladius.

Ex toto pars : fontem ignemque ferebat.

Ex pluribus unus : oratores visi sumus.

Ex genere pars illi subiecta : ut ales pro aquila.

Ex antecedentibus consequentia : ut aratra
iugo referunt suspensa iuvenci.

Ut translatio permovendis animis & varian-
dis ac sub oculis subiiciendis rebus inservit,

Ita Synecdoche ad variandum sermonem : sed
omnia liberiora Poetis, quàm Oratoribus.

CAP. XII.

De Metonymia.

Meton.
seu deno-
minatio
demon-
strat.

Per causas effecta : ut, dona laborata Cereris ;
Platonem legi, id est, eius scripta.

Ex effectis causas : cum scelus comprehensum
dicimus, pro scelerato : mortem pallidam, ti-
morem mœstum.

Ex eo, quod continet, id quod continetur : sic
morata urbes : saculum felix : Roma pro Romanis.

Ex possidere res possessas : Ardet VcALEGON, id
est, eius domus.

Ex signores, toga propæce: fasces, pro magi.
 Ustratu, Hanc Rhetores hypallagen vocant.

C A P. XIII.

De Antonomafia.

Antonomafia.

Pronominatio ponit aliquid pro nomine: ut, everfor
 Carthaginis, pro Scipione: Romana eloquentia princeps,
 pro Cicerone.

Epitheton latinè, appositum, non est tropus, quia nihil
 vertit. Necessè est enim, ut id, quod est appositum, si à
 proprio divideris, per se significet & faciat antonomasiam,
 quod non facit epitheton.

Apposito frequentius & liberius utuntur poëta, mo-
 dò conveniat verbo, cui apponitur, quàm oratores; unde
 illi dicunt, dentes albi, humida vina: qua apud orato-
 res redundant.

Quòd si epitheton aliquid efficiat, ut in his: O abomi-
 nandum scelus, o deformem libidinem, non redundat.

Exornatur autem translatis: ut cupiditas effrenata:
 insana substructiones & alijs adiunctis tropis: turpis ege-
 stas, tristis senectus.

Vnde sine apposis nuda & incompea est oratio: sed
 ne oneretur multis; quia fit longa & impedita.

C A P. XIV.

De Onomatopœia.

Onoma-
topœia
Nomi-

Onomatopœia, est fictio nominis,
 Apud Græcos inter maximas habetur virtu-
 tes: Latinis vix permittitur.

Verùm, qui primi sermonem fecerunt, multa
 finxerunt nomina: ut mugitus, sibilus, murmur.
 At nunc rarè, & cum magno iudicio hoc ge-
 natio.

Catachresis, seu abusus.

Metalepsis
id est

Allegoria.

natio.

nere est utendum, ne novi verbi assiduitas odium pariat.

Sed si quis commoûd, & varè utatur, exornat orationem.

CAP. XV.

De Catachresî.

Catachresis, seu abusus.

Est, qua verbo simili & propinquo pro certo, & proprio utimur.

Ut vires hominis breves, longum consilium? gravis oratio, pro magna: minutus animus pro parvo. Sic, Pyxides, cuiuscunque materia sunt:

Abusimur verbis propinquis, non solum, cum res caerent nomine, ut, cum parricidam, matris interfectorem vocamus: sed etiam, cum habent, ut equum a dificent: oculis perlegunt.

Hoc differe abusus à translatione, quod sit licentior, & audacior, licet non sit impudens.

CAP. XVI.

De Metalepsi.

Metalepsis id est.

Transumptio, ex alio in aliud veluti viam praestat: post aliquot aristas mirabor mea regna, per aristas spicas, & per has, segetes & annos intelligimus.

Tropus rarissimus, & maximè improprius.

CAP. XVII.

De Allegoria.

Allegoria.

Latine, inversio, aliud verbis, aliud sensu ostendit, ac etiam contrarium: tempus est equum spumantia solvere colla.

Habet usum frequentem in oratione, sed plerumque apertis permiscetur verbis, ita ut non sit perpetua allegoria.

Allegoria. { Genus permistum est frequentissimum.
 Illud verò speciosissimum genus orationis, in que similitudinis, allegoria, & translationis gratia permista est.
 Curandum est, ut quo genere caperis translationem, eodem finias: unde non incipias ab incendio, & finias tempestate.
 Servit allegoria etiam in quotidiano sermone frequentissimè.
 Allegoria si sit obscura, fit vitium, quod dicitur anigma: quo tamen poeta interdum, oratores nunquam utuntur.

C A P. XVIII.

De Ironia.

Ironia. { Quam illusionem vocant, non solum aliud sensu, & aliud verbis ostendit, sed etiam contrarium, qua cognoscitur, aut
 { Pronunciatione.
 { Aut Persona.
 { Aut rei natura.

C A P. XIX.

De Periphrasi.

Periphrasis. { Est, cum pluribus verbis id quod uno, vel paucioribus dici potest, explicatur, id est, circuitus loquendi: ut, Tempus erat, quo prima quies mortalibus agris, incipit. &c.
 Apud Poetas frequentissimus, & apud Oratores rarus: sed semper tamen astricior.
 Cui contrarium est vitium, quod perissologia dicitur: obstat enim, quidquid non adiuvat.

C A P. XX.

De Hyperbato.

{ Hoc est, trans- { Perversiones: ut mecum, tecum, qui-
 gressio,

Hyperbaton. *gressio, qua verborum perturbatur ordinem; aut* *Transiellio: ut orationem in duas divisam esse partes.*

Transiellio, qua rem non reddit obscuram, prodest ad continuationes, de quibus dicitur postea, in quibus debet oratio numerum quendam poeticum habere.

Poeta etiam verborum divisionem faciunt: ut septem subiecta trioni: quod oratio non recipit.

C A P. XXI.
De Hyperbole.

Hyperbole. *Est ementiens superiectio, vel augendo, vel minuendo: ut fulminis ceyralis: vix offibus haret: Sed tam in augendo, quam in minuendo seruetur mensura quadam: nam licet sit ultra fidem, non tamen ultra modum.*

C A P. XXII.
De ornatu, qui est in verbis conjunctis.

Continuatio verborum duas res habet, scilicet *Collocationem, Et modum quendam, si ve numerum. Verbis, & sententijs, de quibus prius dicitur: deinde de collocatione: postremò de autem oratio modo, & forma, id est, de numeris.*

C A P. XXIII.

De figuris.

Figura. *Est conformatio quadam orationis remota à communi & primùm se offerente ratione. Differt à tropis, quia fieri potest in proprijs verbis, quod in tropos non cadit: ut si verba propria gementur. Cocunt tamen frequenter in eandem sententiam tropus*

opus & figura: ut si verba similiter desinentia essent
 translata.

C A P. XXIV.

De Generibus figurarum.

Quotuplex sit figura.

Ut omnis ratio versatur in sensu & verbis, ita & figura: Unde duplex est figura: altera verborum altera sententiarum.

Verborum exornatio est, qua ipsius sermonis insignita continetur perpolitio.

Inter has duas figuras hoc interest, quod verborum conformatio tollitur, si verba mutantur: sententiarum verò permanet, quibuscumque verbis utaris. Ut si esset repetitio cum interrogatione, sublata repetitione, potest manere interrogatio.

Inter auctores parum convenit de figurarum numero & nominibus, & aliqui aliquas inter verborum, alij inter sententiarum figuras rejciunt.

Nos meliorum scriptorum sententiam explicabimus.

C A P. XXV.

Quot modis fiant figuræ.

Adiectione: ut occidi, occidi non Spurium Melium: ubi, verbum, figuratè geminatur.

Figura verborum
 tribus modis sunt,
 scilicet,

Detractione: ut abijt, excessit, erupit, evasit, ubi detrahitur, &

Similitudine vocum: ut, cum gratis causa nihil facias: omnia tamen sunt grata, qua facis.

CAP. XXVI.

De figuris, quæ fiunt per adjectionem.

Repetitio, cùm ab eodem verbo ducitur sapius oratio: ut, nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas.

Conversio Superiori contraria, cùm in idem verbum conijcitur sapius oratio.

Complexio, qua duos superiores complectitur: cùm in principio & fine eadem verba repetuntur.

Conduplicatio { *Aut enim adiungitur idem: vivis, & vivis.*
natio, qua interdum habet vim, } *Aut idem, quod erat in principio, in extremo etiam ponitur.*
aliàs verò leporem: } *Aut continenter idem, non in eadem sententia: panem par, non par, &c.*
& pluribus modis fit. } *Aut post aliquam interiectionem.*

Possunt etiam, vel media respondere primis, vel ultimis.

Interim tota sententia repetitur.

Traductio est eiusdem verbi crebrius positi quadam distinctio, qua non offendit sed concinniore reddidit orationem: ut. Qui nihil habet in vita incundius vita, ita cum virtute vitam non potest colere.

Ex eodem genere exornationis est, cùm idem verbum modo in hac, modo in altera reponitur: Cur rem studiose curas, qua multas tibi dabit curas?

Polyptoron, latinè casuum commutatio: cùm idem in multis casibus ponitur.

Fit autem, aut in uno verbo, aut in pluribus: & per casus intelliguntur etiam verborum tempora.

Ut, pleni sunt omnes libri, plena sapientum voces, plena exemplorum vetustas: Et in eadem oratione hac verba prohibuit, eripuit, aspersit. Unde casuum commutatio, non est eadem cum traductioe.

Syno-

Synonymia est, cum verba idem significantia congregantur. Abijt, excessit, erupit, evasit.

Interdum etiam orationes eosdem sensus facientes acervantur: perturbatio mentis, offusa caligo, &c.

Polysynderon, cum oratio coniunctionibus abundat: ut, rectumque, lademque.

Gradatio, repetit que dicta sunt, & priusquam ad aliud descendat, in pluribus resistit: vel est, cum sursum versus reditur; ut, Africano virtutem industria, virtus gloriam, gloria amulos comparavit. Rarior est hac figura, cum habeat artem affectatam.

C A P. XXVII.

De figuris verborum, quæ fiunt per detractionem.

Ha figure novitatis, brevitatisque causa maximè petuntur.

Synecdoche, cum verbum subtractum satis ex cæteris intelligitur: ut, sermo nullus, scilicet nisi de te.

Differt ab Apostrophi, in qua incertum est quod tacetur: aut certè longiore sermone explicatur.

Dissolutio, cum demptis coniunctionibus dissolutè plura dicuntur, vel in singulis verbis, vel sententiis: ut, Gallia cuius virtuti, fidei, felicitati commendata est.

Dissolutionis & polysyndeti fons unus est: quia acriora faciunt qua dicuntur, & vim quandam addunt.

Differt ab articulo, qui idem est, quod incisum.

Adiunctio est, in qua ad unum verbum plures sententia referuntur, quarum unaquaq; illud desideraret si sola poneretur: aliàs Zeugma dicitur: Quod verbum vel in principio, vel in fine, vel medio ponitur. Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.

Disiunctio est, cum eorum, de quibus dicimus, unum quod-

quodque certo clauditur verbo: ut Homerum Colophonij civem esse dicunt suum: Chij suum vendicant: Salaminij repetunt.

Sinæciosis, qua duas res adversas colligat: ut, tam deest avaro, quod habet, quàm quod non habet.

CAP. XXVIII.

De figuris verborum tertii generis.

Tertium figurarum genus, aut

{	Similibus,
	Paribus,
	Contrarijs vocibus in se aures, & animos excitat.

Annominatio, Graece paronomasia, cum paulùm immutata in oratione penneatur: quae fit

{	Adiectione: emit morte immortalitatem,
	Detractione: non exigo, ut immorariaris legationi, sed immerare,
	Commutatione: reprimi, non communi.
	Translacione: homini navo an vano;

Hac figura est levis, ut sententiarum pondere impleatur.

Similiter cadens est, cum in eadem constructione verborum, duo aut plura sunt verba, quae similiter hysdem casibus efferuntur, etiamsi dissimilia sint, quae declinantur.

Nec tantùm in fine deprehenditur, sed respondent, vel prima inter se, vel medijs, vel extremis, quomocumque accommodentur:

Ut in eadem oratione haec verba: audendum, audendum: proiecus, paratus: prator, imperator: audacia, impudentia.

Similiter desinens: est similis duarum sententiarum, vel plurium finis, id est, cum orationis membra, vel articuli simili exitu terminantur, ut, non modò ad eius salutem

extinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam.

Hac differt à superiori, quòd ibi possunt esse dissimilia, qua declinantur, hic non ita: illa solùm in his, qua declinantur, hac etiam in alijs partibus, ut in adverbjs.

Compar, Gracè isocolon, cùm orationis membra constant ferè pari numero syllabarum: Extrema hieme apparuit, incunze vero suscepit, media astate consecit.

Contrapositum vel contentio, Gracè antitheton, cùm singula singulis, vel bina binis opponuntur.

Vt, Viciè pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia: non nostri ingenij, vestri auxilij est. Nec semper contrapositum subiungitur.

Commutatio, cùm dua sententia inter se discrepantes ita efferuntur, ut à priori posterior contraria priori proficiatur: Non ut edam vivo, sed ut vivam edo.

Correctio, qua corrigit, quod positum est verbum, qua fit duobus modis: vel enim tollitur verbum, non ponendo aliud: ut, Civis: si civis appellari potest: vel magis idoneum ponendo: ut, Omni officio, vel potiùs pietate.

Correctio verò sententia, non est huius loci.

Dubitatio est, cùm orator quarere videtur, utrum de duobus, aut quid de pluribus potissimùm dicat.

C A P. XXIX.

Quid verborum figuræ orationi conferant, & quid in eis cavendum sit.

Qui parcè, & cùm res postulat, bis figuris utitur, incundicrem facit orationem.

Qui immodicè & sine iudicio eas adhibet, gratiam varietatis amittit.

Danda er- ¶ Nec multa sint supra ¶ Aut iuncta.

go opera est, | modum, | Aut frequen-
 ut | Non eiusdem generis, | tes.

Quod intellige de his, qua nobiles sunt, atque insignes, non de illis qua sunt valde usitata, & vulgata, qua si sint crebriores, aures non offendunt.

Ridiculum etiam est, neglecto rerum pondere, & viribus sententiarum, inania verba in hos modos depravare.

Figura enim sunt quasi gestus orationis, & eas sine sententia sectari, est quare habitum sine corpore.

Sciendum est, quid quisque locus in orando postulet, quid persona, & tempus.

Maior pars harum posita est in delectatione; ubi ergo atrocitate, miseratione pugnandum est, quis ferat contraposita, similiter cadentia, &c. ubi verborum cura derogat affectibus.

CAP. XXX.

De figuris sententiarum.

Sententiarum figura est exornatio, qua non in verbis, sed in ipsis rebus quandam dignitatem, & quidem maiorem habet.

Quo genere, quia excelluit Demosthenes, idcirco oratorum princeps est iudicatus.

Schemata vocant Græci, qua non tam in verbis pingendis pondus habent, quàm in illuminandis sententijs.

Nec aliud est dicere, quàm aliqua specie illuminare sententias.

Interrogatio, figura est, quoties		Instandi: Quousque tandem abutere patientia nostra?
		Interrogamus etiam, quod negari non potest:
		Aut ubi respondendi difficilis est ratio: Quo non

non scisci-
tandi gra-
tia assumi-
tur, sed

modo? Qui fieri potest?

Invidia & miserationis causa.

Convenit etiam indignationi, & admira-
tionem.

Interdum est acrius imperandi genus; Non
arma expedient? &c.

Aliquando nosmetipsos interrogamus. Quid
agam?

Responsio est, cum aliquid interroganti, ad aliud, quia sic utiliùs sit, occurritur, aut augendi criminis gratia, aut declinandi. An sustibus vapulasti? & innocens quidem, An hominem occidisti? respondetur, Latro-
nem.

Subiectio est, cum orator vel interrogat seipsum, & res-
pondet sibi: vel cum alium interrogaverit, non expectat res-
ponsum.

Et domus tibi deerat? at habebas.

Anteoccupatio, vel praesumptio, & prolepsis est, cum id, quod obijci posset, occupamus. Praesumptione etiam verborum vis confirmatur: Quamquam illa non poena, sed prohibitio sceleris fuit: ac etiam reprehensione, quam alij correctionem vocant.

Correctio est, qua tollit sententiam aliquam, & eam alia, qua magis idonea videtur, emendat, & corrigit.

Dubitatio est, cum quarimus unde incipiendum, ubi desinendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum sit. Quò me verèam nescio.

Communicatio, cum aut ipsos adversarios consulimus; Tu denique Labiene, quid faceres?

Aut cum iudicibus deliberamus: Nunc ego iudices, iam vos consulo &c.

Prosopopœia est personarum sive inductio: qua & adversariorum & nostrorum cum aliis sermones, & aliorum inter se creditibiliter introducimus.

Quin

Quin & mortuos excitare in hoc genere dicendi concessum est.

Urbes etiam populique vocem accipiunt : In quibus hoc modomollior fit figura : Etenim si mecum patria illa loqueretur, &c.

Formas quoque fingimus saepe : ut fama, virtutis &c.

Apostrophe, est aversus à iudice sermo : sive adversarios invadimus, sive ad invocationem convertimur, sive ad invidiosam implorationem : O leges Porcia, legesque Sempronie.

Hypotyposis, seu descriptio, quia ita res aliqua describitur, ut cerni potius, quàm audiri videatur.

Nec solum qua facta sunt, aut fiunt, sed etiam qua futura sunt, aut fuerunt, exprimuntur.

Apostopelsis vel praefixio & interruptio, ostendit affectum vel iram, vel sollicitudinis : Quos ego : sed motus praestat componere fluctus.

Ethopoeia est imitatio vicia vel morum alienorum, ornamentum aptum ad animos conciliandos & permovendos.

Emphasis, cum ex aliquo dicto aliquid latens eruitur : vel cum plus significatur, quàm dicitur : tacuitque per austrum immensum : unde intelligitur corporis magnitudo.

Sustentatio est, qua diu suspenduntur auditorum animi, atque aliquid inexpectatum subiungitur : aut ad aliquid leve & minimè criminofum descenditur.

Pratermissio, vel prateritio, cum dicimus nos praterire, vel non scire, vel velle dicere, quod tunc maximè dicimus : Non quarer diminutionem vestigalium, non, &c.

Licentia est, cum orator, aut veteri, aut metuere debet ; tamen aliquid pro suo iure dicit ; quod minimè offendit. Vide quàm non reformidam, &c.

Concessio est, cum aliquid etiam iniquum, causa fiducia, videmur pati, atque concedere: Verum esto, eripe hereditatem propinquis, &c. Sunt qui concessionem dictorum esse velint: Sit fur, sit sacrilegus, at bonus imperator & felix. Concessio iuncta Ironia magnam vim habet.

I sequere Italiam ventis, pete regna per undas.

Parenthesis, vel interclusio, est declinatio brevis à proposito: At longior digressio, qua multis pars causa videtur, inter figuras quorundam iudicio numeranda non est: sed à Cicer. numeratur.

Ironia, qua à Quint. & Cicer. inter sententiarum exornationes numeratur: differt ab ea, qua est tropus, quòd hac sit totius voluntatis fictio. Novum crimen C. Casar, &c. tropus verò brevior & apertior.

Distributio, cum aliquid in partes plures distribuitur, quarum unicuique ratio deinde sua subiungitur.

Vel est, cum in plures res, aut personas certas, negotia quadam dispertiuntur, neque sit ulla mentio subiecta rationis.

Permissio est, cum alicui res vehementer confidimus, & ostendimus nos eam tradere, ac concedere alicuius voluntati: & cum relinquimus ipsis iudicibus vel adversarijs aliquid exultimandum: aliqui permissionem factorum, concessionem dictorum esse putant.

Deprecatio, vel obsecratio, cum operam alicuius imploramus. Per dextram te istam oro.

Optatio, qua voti alicuius prabet significationem. Utinam mihi facultatem causa concederet.

Execratio malum alicui precatur: Dii te perdant.

Epiphonema, rei natura, vel probata summa acclamatio. Tanta molis eras Romanam condere gentem.

Excla-

Exclamatio est, qua conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius, per hominis, aut rei cuiuspiam compellationem: O miserum me, O tempora, o mores.

Sunt & illa iucunda, qua simplicem, & minus prapararam ostendunt orationem, & minus suspectos faciunt.

Ut est quasi poenitentia dicti. Sed quid ego ita gravem personam introduxi? Vel cum quarere, quid nos dicamus fingimus: Quid reliquum est? num quid omisi? Et cum aliqua velut ignoramus: Sed earum rerum artificem quem? Et cum deponimus aliquid apud memoriam auditorum, & postea reposedimus. Hac omnia dant orationi varios veluti vultus. Gaudent ergo res varietate, ut oculi vario rerum aspectu.

Et hac de tropis & ornamentis cum verborum, tum sententiarum.

CAP. XXXI.

De Collocatione.

Collocatio crit optima, si iunctam orationem efficiet cohaerentem, lenem, & aequaliter fluentem.

In ea necessaria sunt Ordo & iunctura.

CAP. XXXII.

De ordine.

Ne minora maioribus subijciantur, sed semper crescat oratio; unde non dicas, sacrilegus, & fur, Ordi-

Ordinis
observa-
tio est in
verbis

Singu-
lis,
Coniun-
ctis.

In qui-
bus hac
sunt ca-
venda.

Est & ordo naturalis :
unde potius dices diem ac
noctem : orsum & occasum,
quàm contrà.

Quadam ordine permuta-
to sunt supervacanea: ut,
fratres gemini, non gemini
fratres.

Verbo sensum claudere,
si compositio pariat, opti-
mum est: sed si asperum,
potius decori orationis con-
sulatur.

In oratione enim cum
verba non sint dimensa,
transferri possunt in locum,
ubi magis congruunt.

C A P. XXXIII.

De Junctura.

Si verba extrema ita cum sequentibus iunge-
mus, ne asperè concurrant, neve vastius didu-
cantur.

Asperum concursus efficiunt consonantes illa,
qua sunt asperiores, ut s. & x. ars studiorum rex
Xerxes.

Hiulcam reddunt orationem vocalium con-
cursus: ut si longa uniantur: Viri optimo obtem-
perare: sed minus peccabit, qui longis brevem
subjiciet.

Ut jun-
ctura
concin-

Sed in hoc diligentia non sit nimia, nam &
Plato, & Demosthenes, & Cicero saepe in orati-
one habent vocalium concursionem.

na, & elegans
fit, assequemur.

Nam *biulca* nonnunquam decent, faciuntque ampliora quadam, & non ingrata negligentiam hominis; magis de re, quam de verbis laborantis indicant.

Vnde nimia vocalium concursio est quidem vitanda; at modica & suo loco posita, non est reprehendenda.

Videndum est, ne syllaba ultima verbi prioris, sint prima posterioris.

Ne *monosyllaba* multa continuentur; & itidem brevina verba & nomina; & contra, neque longa, qua tarditatem offerunt.

Nec multa similiter cadentia, & desinentia continuentur: similiter, nec verba verbis & nomina nominibus subjiciantur.

Verborum iunctura maximam desiderat diligentiam; ita tamen ne fiat operosè: quia esset infinitus & puerilis labor. Stylus exercitatus efficit facilem iuncturam, & aurium iudicium.

CAP. XXXIV.

De modo & forma verborum.

Dicendi imperitus, qui	Inane,
dicit, spiritu, non arte determinat.	Curtum,
	Claudicans,
At orator ita illigat sententias verbis, ut nihil	& redundans, dicat.
Hoc oratorio sis numero, qui aptam, & concinnam, & suavem efficit orationem.	

C A P. XXXV.

De origine orationis numerosæ.

Princeps dicitur fuisse Thrasimachus, cujus tamen nimis numerosa fuerunt scripta.

Isocrates ita rem temperavit, ut multi eum hujus concinnitatis faciant auctorem.

Aristoteles & Theodectes versum in oratione vetant, esse numerum requirunt: de quo Theophrastus accuratius præcepit.

Romani tempore Ciceronis agnoverunt numerum; de quo diligentissimè Cicero præcepit.

C A P. XXXVI.

Cur numerosa oratio inventa.

Aures, aut potius animus aurium judicio, naturalem quandam in se continent vocum omnium dimensionem.

Vnde breviora, & longiora judicant: moderata expectant; inutilia, & quasi decurtata ac immoderatiùs excurrentia sentiunt, quibus offenduntur.

Cùm ergo aliquid fortuitò, conclusè, apteque discretur, notari potius id, quod casu cecidisset; notatio autem artem parit.

Vt ergo poetica & versus inventus est terminatione aurium, & observatione prudentium: sic etiam in oratione, licet multò seriùs, notatum est, certos esse concursus, conclusionesque verborum.

C A P. XXXVII.

De incis, membris, & periodis.

Incisum est sensus non expleto numero, conclusus; plerisque

plerisq; pars membri : Domus tibi deerat ? at habebas, &c.

Fiunt incisa etiam singulis verbis : Diximus, testes dare volumus.

Membrum, est sensus numeris conclusus, sed à toto corpore abruptus per se nihil efficiens : ò callidos homines : ò rem excogitatam : ò ingenia metuenda : quem, quaso, &c.

Tunc ergo incipit corpus esse, cum venit extrema conclusio. Quem quaso nostrum sefellis, &c.

Periodus, Cicar. ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem, & circumscriptionem dicit.

